



# Specimen literarium inaugurale continens animadversiones criticas in Platonis aliquot dialogos

<https://hdl.handle.net/1874/340454>

SPECIMEN LITERARIUM INAUGURALE

CONTINENS

ANIMADVERSIONES CRITICAS IN PLATONIS

ALIQUOT DIALOGOS.

EX APOLOGETICO SYNTHESE ALLEGATO

ANNIVERSARIO SCORPIO SUMMARIO

EX APPENDIX SYNTHESE ALLEGATO

SPECIMEN LITERARIUM INAUGURALE

CONTINENS

ANIMADVERSIONES CRITICAS IN PLATONIS

ALIQUOT DIALOGOS.

EX APOLOGETICO SYNTHESE ALLEGATO

EX APPENDIX SYNTHESE ALLEGATO

ANIMADVERSIONES CRITICAS IN PLATONIS

ALIQUOT DIALOGOS.

EX APOLOGETICO SYNTHESE ALLEGATO

ANIMADVERSIONES CRITICAS IN PLATONIS

ALIQUOT DIALOGOS.

SCHEMEN LIETZELIN TAUERL RALE

GOETHE

AMANDUS COTTAS IN PLATONIS

VERIOT DIALOGOS

SPECIMEN LITERARIUM INAUGURALE  
 CONTINENS  
**ANIMADVERSIONES CRITICAS IN PLATONIS**  
**ALIQUOT DIALOGOS,**  
 QUOD ,  
 ANNUENTE SUMMO NUMINE ,  
 EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI  
**GEORGII GUILIELMI VREEDDE,**  
 JUR. ROM. ET HOD. DOCT. ET PROF. ORD.  
 AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU  
 ET  
ROBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM DECRETO ,  
**Pro Gradu Doctoratus**  
SUMMISQUE IN PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM DISCIPLINA  
HONORIBUS ET PRIVILEGIIS  
 IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA  
 RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS ,  
 ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT  
**DIDERICUS HENRICUS HOENEBEEK HISSINK ,**  
 DAVENTRIENSIS .

— — —

A. D. XXIV SEPT. ANNI MDCCCXLV , HORA II .

DAVENTRIA E ,  
 APED J. DE LANGE .  
 MDCCCXLV .



L. 8.

**PARENTIBUS**

**OPTIMIS CARISSIMIS**

**Sacrum.**

# ΠΑΡΕΝΤΙΒΙΑ

σύνοια βούλευται, ἀλλ' οἵα δύναμις.

**L. S.**

» Plato non intelligendi solum , sed etiam di-  
cendi gravissimus auctor et magister." Hoc ille  
praeconio ornatur a Cicerone , cui ipsi primam  
dicendi nec insimam intelligendi laudem omnes me-  
rito tribuerunt , eiusque iudicium sequentium sae-  
culorum una paene et consentiens vox confirmavit.  
Neque nimia haec laus videatur. Nam sive dicen-  
di genus species , est oratio Platonis nativa ve-  
nustate decora , nunc placide graviterque magni  
fluminis instar labens , nunc vehementiore impetu  
currens ; color poeticus ; elegans verborum delec-  
tus ; ironia lepida ; sales et facetiae Atticorum in-  
genio dignae. Sive rerum ubertatem animadvertas ,  
res tractantur suo pondere gravissimae : modo De-  
orum natura omnis mali ac pravitatis expers inda-  
gatur hominibusque proponitur tanquam exemplum ,  
ad cuius praestantiam se conforment ; modo in  
intimos humani animi recessus penetrans , virtu-  
tum naturam et officiorum fontem philosophus in-  
quirit ; modo sublimes de rerum omnium ortu et

incrementis sententias explicat; ubique celsi ingenii gravitas et sublimitas cernitur. Sive denique Platonis dialecticam attendas, est illa ad cognoscendum subinde difficilis quidem, sed diligens, acuta, certo ordine procedens, obscura studiose explicans, gravissimas quaestiones tangens, admirabile ingenii acumen et disserendi facultatem referens. Sed ex omnibus Platonis operibus palmarium merito dixeris libros Πολιτείας nomine inscriptos, in quibus quum consummatae virtutis humanae naturam indagandam sibi proposuisset, simul optimam civitatis formam exprimendam duxit, ut in hac quasi maiore tabula perfectae virtutis imago conspiceretur (L. II p. 268. D. seqq.). Hos igitur de Republica libros quum legerem summa cum voluptate, sensim paulatimque multae animo meo se offerebant quaestiones, suo in genere gravissimae, quas nondum satis explicatas videbam; veluti ut quaereretur, quaenam in doctrina morum, quam in illo opere exposuit Plato, Socrati debeat, quaenam ipse philosophus invenerit; in perfectae civitatis descriptione quid ab aliis mutuatus sit superioris aevi philosophis, quid ipse excogitaverit, quid e sui temporis civitatibus in rempublicam suam transtulerit. Nam quum in illo opere civitatis exemplar informaret Plato a turbulenta patriae suae democratis longissime remotum, quum duo praecipue eius animum adverterunt respublicae, Laconica et Cretensis, tum aliarum quoque civitatum

leges, praecepsim vero Pythagoreorum instituta ipsi ob oculos esse versata, non sine iure videbar mihi agnoscere. Porro quum, expressa optimae civitatis imagine in qua perfecta cerneretur virtutis species, deinceps L. VIII pravas reipublicae formas describere aggreditur, huius depravationis quatuor ponit gradus, quibus respublica paullatim ex optima in pessimam degeneret, timocratiam dico, oligarchiam, democratiam, tyrannidem: quarum singularum ortum et indeolem tam prudenter et tam vere describit, ut eam non auctoris ingenio tantum excogitatum, sed ad historiae rerumque veritatem conformatam esse vere videaris statuere. Has igitur aliasque huiusmodi quaestiones, tum ad historiam civilis doctrinae ac philosophiae Graecorum, tum ad ipsam Platonis philosophiam pertinentes, si explicare pro virili tentasse, videbar mihi non inutilem operam fuisse praestitusrus. — Prius vero quam ad has quaestiones examinandas accederem, id mihi ante omnia agendum arbitrabar, ut, quantum fieri posset, in Platonis mentem me insinuarem, dicendi genus perciperem, orationis virtutes cognitas haberem, philosophiae Platonicae non levem quandam notitiam, sed quoad possem accuratam cognitionem mihi pararem. Quam ob rem, quum praeter *Πολιτείαν* aliquot tantum dialogos, Phaedonem, Phaedrum, Convivium, Menexenum legisset, iam omnes deinceps legere et relegere institui, cum

secutus ordinem, quem commendavit FRID. CAR. HERMANN<sup>1</sup>, in libro inscripto, *Geschichte und System der Platon. Philos.*, ut ita a facilioris et levioris argumenti dialogis ad graviores ac difficiliores certa ratione transirem. Hoc consilium cōprobavit KARSTENUS, Vir. Clar. Platonis amantissimus, regiam illam viam praedicans, qua unice ad interiorem philosophiae Platonicae cognitionem perveniri posset. Itaque legi nec fieri potuit, quin inter legendum passim quaedam animadverterem, quae aut ad emendationem aut ad interpretationem locorum difficiliorum pertinerent. Haec primum parum curare, negligere, vere forsitan opinatus, non satis magni ea esse momenti, ut diligentius explicarentur; dein magis attendere, hic illic in margine notare, accuratius explicare, scripto denique mandare. Quid multa? Quae ita congesseram, non prorsus videbantur incommoda, quae ut specimen progressuum meorum, qualemcumque tandem, cum doctioribus communicarem. — Sed de instituti mei ratione paulo fusius dicendum.

Platonis Codicum lectiones nostris temporibus doctorum virorum opera eatenus iam exploratae videntur, ut iis iterum conferendis non magna seges emendationum exspectari possit. Codicibus obtemperandum sane, quoties consentiunt in scriptura, quae aut sua se bonitate tueatur, aut, etsi altera eleganter lectio magisque Platonis consuetudini congrua excogitari possit, facilem tamen ha-

beat defensionem. Non enim temere aliquid mutandum, nulla cogente necessitate; alioquin metuendum foret, ne nunquam lectio constaret omniaque vaga manerent et e cuiusque arbitrio pendet de locorum integritate iudicium. Quisquis autem ad corrupta Platonis loca emendanda studium suum conferre volet, is accurate summaque diligentia singula perlegat ac suas de recepta lectione dubitationes emendandique modos libere proferat, quo facto, aut, dubiis solutis, loci integritas confirmabitur, aut, difficultate et corruptela detecta, ad emendanda depravata doctiores operam intendent. Ita spes erit, fore ut aliquando Platonis aliorumque scripta, sic ut fere ab ipsis auctoribus sunt edita, legamus, certe ad veram scripturam proxime accedamus. Haec sane ratio fuit, cur ego, qui probe sciam emendationes, quas proferre ausus sum, non omnes omnium suffragia laturas, neque ea me esse ingenii felicitate et doctrinae praestantia, ut corrupta facile invenire, inventa corrigere valeam, tamen opus aggressus sim, quod magna cum difficultate maiorem habet voluntatem, spe ductus fore ut non omni spe deiiciar et nonnihil saltem bonae frugis in iis, quae commentatus sum, reperiatur: ήμην γάρ, οἷμαι, ἀνάγκη, χρῆσθαι ήμην αὐτοῖς, ὅποιοι τινές ἔσμεν, καὶ τὰ δοκῶντα ἀεὶ ταῦτα λέγειν (Theact. p. 471 D)

His finem facerem, nisi illud restaret quo nihil mihi iucundius, ut gratum erga Praecepto-

res de me optime meritos animum testificer. In quibus fuit olim PETR. OTTO. CONR. VORSELMAN DE HEER. in Athen. Daventriensi Phil. Nat. Prof., nunc iam cum omnium bonorum luctu in ipso virilis aetatis robore acerba morte nobis crepus; cuius animus vincula corporis, quibus ligabatur, diu ferre non potuit. Ille mihi, ut philosophiae naturali et mathematicis disciplinis paullo maiorem, quam a philologis fieri solet, operam navarem, gravissimus auctor exstitit; in quibus nisi elaboravi, saltem laborare studui. — Vos vero, qui adhuc in vivis estis, VV. DD. CC. I. BROWN, Gymn. Daventr. rector et P. BOSSCHA, Athen. Daventr. Prof., quorum institutione Daventriae usus sum, Vos item A. VAN GOUDOEVER et S. KARSTEN, qui mihi in Academia Traiectina in bonis literis duces fuistis, tot tantaque beneficia in me contulistis, ut vix verbis praedicare possim, quantum Vobis debeam, sive propter doctrinae fructus ex Vestra institutione perceptos, sive propter singularem humanitatem et benivolentiam, qua me semper affecistis. Vobis omnibus, VV. CC. Deus O. M. diu vitam viresque integras servet in discipulorum et patriae et liberalium doctrinarum utilitatem et emolumen-  
tum.

*Hipp. Min.* p. 567. E: ὥστε οὐκ ἀν γένοιτο ψευδής  
δοῦλος δυνάμενος ψευδεσθαι, ὡς ὁρελόγητας. » Ut non  
» possit esse mendax, qui non possit mentiri,  
» sicut inter nos convenit.” Hoc ex iis quae  
praecedunt: ὁ ἀγαθὸς καὶ σοφὸς δύνατος, ὁ παῖς (καὶ  
ἀμαλὴς) ἀδύνατος ψευδεσθαι, tanquam ex praemissis  
consequens concludi non potest, sed per se clarum  
est et antea iam erat ab Hippia concessum. Pro  
ῶστε reponendum censemus ὡς, hoc sensu: » Nam,  
» ut antea inter nos convenit (p. 566 B, p. 567  
» B), non possit esse mendax, qui non possit men-  
» tiri.” — Tales autem voculae, quales sunt ὡς,  
ῶστε, facilime inter se permulantur; ut contra recte  
ὡς in ὕπτι mutandum censem Stalib. in. Menon. p.  
71 A. — Ceterum in proximis p. 568 A vide an-  
melius sententiae consulatur scribendo, transposi-  
tione facta: οὐ γὰρ ὁ γε ἀμαλὴς ἀδύνατος γάρ. nimi-  
rum in praegressis Socrates disputavit, imperitum

mentiri non posse, quia saepe invitus vera dicturus sit. — E superioribus praeterea duo excitandi sunt loci, alter in ipso dialogi principio positus, ubi insigne occurrit exemplum liberioris illius orationis structurae, qua Plato lubens solet uti, ut ad familiaris consuetudinis rationem conformet sermonem. Significo locum p. 565 D: παρέχω ἐμαυτὸν λέγοντα δὲ τις ἀν τις βούληται ἀν μοι εἰς ἐπίδειξιν παρεπενεκτιμένου ή, ubi Stallb. contra omnium Codd. auctoritatem παρεπενεκτιμένων scripsit. male. nam quis hoc ferat: ἀν ἀν παρεπενεκτιμένων ή? neque tamen potuit dici: ἀν ἀν παρεπενεκτιμένων ή. Itaque maluit Plato participium ad praecedens δ τι referre, quasi simpliciter dixisset: παρέχω ἐμαυτὸν λέγοντα δ τι ἀν μοι εἰς ἐπίδειξιν παρεπενεκτιμένου ή. Edd. Turicenses quoque video refinere partic. sing. num. παρεπενεκτιμένου. — Alter locus est p. 565 B: ποιεῖ γὰρ τὸν Ἀχιλλέα εἰς τὸν Ὀδυσσέα λέγοντα ταῦτα τὸ ἔπη: haec verba glossema sapiunt, quippe importune adiecta nec quidquam continentia quam quod iam supra dictum erat: λέγει αὐτῷ οἱ Ἀχιλλέας πρὸς τὸν Ὀδυσσέα. Fortasse aliquis ea hic notavit in margine, quum legisset illa, quae inveniuntur p. 569 E: ἐν τοῖς ἔπεσιν, οἷς τὸν ἄρτι ἔλεγες ἐνδεινύμενος τὸν Ἀχιλλέα εἰς τὸν Ὀδυσσέα λέγει κ. τ. λ. Sed hoc animadvertisse sufficit, certum statuere non lubet; hoc tamen affirmari licet, interpolandi illud malum latius serpsisse per Platonis dialogos, quam nonnulli opinantur. Plura quivis dialogus præchet exempla.

p. 372. A. Animadvertere hic licet impudenteriam Sophistarum, qua quod iam prius ab adversario, ipsis adsentientibus, probatum erat, denuo reiiciunt, quasi de eo nihil esset disputatum; veluti h. l. quod Socrates, adsentiente Hippia, docuerat: τοὺς ἐκόντας φευδομένους βελτίους εἴναι τῶν ἀκόντων, idem illud Sophista nunc negat, dicens: οὐδὲ πῶς ἄν, ὡς Σώκρ., οἱ ἐκόντες ἀδικοῦντες οὐδὲ ἐκόντες ἐπιβουλεύσαντες . . . . . βελτίους ἄν εἰεν τῶν ἀκόντων; Nimirum pertinent haec ad dialecticam Sophistarum aestimandam, quae a puerorum cavillatione saepe haud multum distat. Similiter primo Reip. libro p. 543. sqq., Thrasymachus nihil curans priorem disputationem, qua Socrates subtiliter demonstraverat, civitatis rectorem non suam propriamque, sed communem eorum, quibus praesedit, utilitatem spectare, hoc igitur nihil curans, rursus doctrinam suam de iusto, quasi sit τὸ τῶν κρειττόνων συμφέρον, impudenter defendere instituit. Non melior erat dialectica vulgarium hominum e Sophistarum disciplina profectorum, ut Io rhapsodus in cognomine dialogo p. 559. E, lepide retractat suam sententiam, qua ridicule statuebat rhapsodum omnia scire, quam paulo ante redarguerat Socrates. Sed ii, quibuscum Socrates colloquebatur, huius disserendi subtilitate et ingenii acumine victi, facile sibi persuaderi patiebantur, quae mox, mutata temere sententia, reiicerent, quod ingenue confitetur Alcibiades in eiusdem nominis dialogo p.

116. Εἰ ἄλλα μὲν τοὺς θεούς, ὃ Σάκρωτες, σὺν οὐδὲν  
ἔγωγε οὐδὲν ὅ τι λέγω, ἀλλ᾽ ἀτεχγῶς ἔσικα ἀπότηντος  
τότε μὲν γάρ μοι δοκεῖ τοῦ ἐρωτᾶντος, τότε δὲ ἄλλα.

p. 375. B. Ἀμείνων ἀρχα αὕτη ἐν ταῦτη τῇ τέχνῃ τῆς  
μὴ ιατρικῆς. Vocem ιατρικῆς acute perspexit primus  
Schleiermacherus argumentationi adversari. Stallb.  
uncinis inclusit. Fortasse tamen rectius statueris  
illud alterius vocabuli locum iniuria occupasse, ut  
scribendum sit: τῆς μὴ ἐκούστης sc. πακὰ ἐργαζομένης,  
quod opponatur superioribus: η̄ ιατρική η̄ ἐκούστη  
πακὰ ἐργαζομένη. Imperitus scriba facile e praegressis pro praedicato ἐκούστη substituit subiectum  
ιατρική.

Io. Hic dialogus virorum doctissimorum opera  
ita illustratus est et emendatus, ut pauca res-  
tent animadvertisenda. Quae notavi, haec sunt.  
p. 532 E, in verbis ἐγώ δὲ οὐδὲν ἄλλο η̄ τάλιθη  
λέγω, haeret Stallbaum, quasi illa Socratis urba-  
nitatem parum deceant. at festive urbaneque Socrates  
opponit se rhapsodorum superbiae, qui caeco quo-  
dam impetu et furore correpti grandia de poetis  
loqui solerent; quum ipse simpliciter vera diceret  
et talia, quae nullius captum superarent. nam ita  
nunc τάλιθη accipiendum, ut e seqq. appareat. Cf.  
p. 538. E, ubi σκέψι, inquit, ὡς ἡρδίως τε καὶ  
ἄλιθη ἐγώ σοι ἀποκρινόμαχι. Inest autem in talibus  
quaedam ironiae significatio, veluti Symp. p. 198.  
D. ἐγώ μὲν γὰρ οὐτὸς ἀβελτερίκης φίμῳ δεῖν τάλιθη

λέγειν περὶ ἐκάστου τοῦ ἐγκαμικόνενου. — p. 554 B.  
 ἀδύνατος πᾶς ποιεῖν ἄνθρωπος, καὶ χρησμῷδειν. Suspecta  
 mihi sunt postrema verba καὶ χρησμῷδειν, quippe  
 de χρησμῷδεις nondum locutus erat Socrates, quos  
 paulo post demum memorat; sed librarius quem  
 seq. locum legisset, hic in margine notavit καὶ  
 χρησμῷδειν, unde deinceps in textum irrepserunt. —  
 In proximis verbis καὶ πολλὰ λέγοντι καὶ πολλά, mal-  
 lem prius καὶ abesset. Certe dictio πολλὰ καὶ πο-  
 λὰ λέγειν i. e. πολλὰ καὶ πολλά quoque ita usurpetur ve-  
 hementer dubito; ceterum animadvertisetur apodosin  
 demum incipere a verbis δίᾳ ταῦτα δὲ ὁ θεὸς κ. τ. λ.,  
 in quibus δὲ post longiorem verborum intercap-  
 dinem de more in apodosi ponitur. — Deinde videor  
 mihi additamentum librariorum reperisse p. 556 C, in  
 verbis, διοτι σὺ περὶ μὲν Ὁμήρου εὔπορεῖς, περὶ δὲ τῶν  
 ἄλλων οὐ, quae e proximis repetita si abesseint,  
 nemo facile requireret. — Denique, ut ad supe-  
 riorem quandam locum p. 555. D paulisper redeam,  
 frustra ibi Baiterus in novissima editione Turicensi  
 αὐτοὺς in αὐτῇ mutandum censet; nam sensus huc  
 reddit: » hic lapis non solum ipsos annulos (qui ad  
 » cum admoventur), trahit ad se, verum etiam  
 » vim tribuit annulis alios ad se trahendi.” Hanc  
 enim vim illum lapidem habere, est notissimum.  
 Itaque nihil difficultatis videtur inesse in hoc dicto.

*Alcibiad.* I. p. 105. E: ἀσπερ γὰρ σὺ ἐλπίδας

ἔχεις ἐν τῇ πόλει [ἐνδειξασθαι ὅτι αὐτῷ παντὸς ἀξιος εἶ,  
ἔνδειξάμενος δὲ οὐδὲν δ τι οὐ παραχτίκα δυνήσεσθαι],  
οὗτῳ καγὼ παρὰ σοὶ ἐλπίζω κ. τ. λ. Verba uncinis  
inclusa quum desint in tribus Codd. adeo sus-  
pecta fuerunt novissimis Intpp., ut ea delenda iu-  
dicaverint; mihi contra ad sententiam loci requiri  
videntur. Nam primum quidem, omissis illis,  
verba: ἀσπερ γὰρ σὺν ἐλπίδας ἔχεις ἐν τῇ πόλει nude  
sic posita, nescio quid offenditionis habent, atque  
aegre parent obiecto suo; porro requiri videtur hoc  
membrum, cui e regione oppositum sit alterum  
οὗτῳ καγὼ παρὰ σοὶ ἐλπίζω μέγιστον δυνήσεσθαι,  
quae verba alioqui peculiari sua elegantia et ironia  
orbantur; denique in plurimis Codd. exstant; habet  
item Proclus. Ratio autem cur in nonnullis omit-  
tantur hinc petenda, quod facile propter seqq.  
verborum similitudinem locus turbari potuit. Itaque  
verba retinenda censemus; simul vero hinc disci-  
mus ne optimae quidem notae Codicibus semper  
esse fidendum, quod ipsum alibi quoque observa-  
re licet.

p. 110. D: Ἀλλ' ἵως τοῦτο σοι οὐκ ὁρῶς ἀπεκρί-  
νάμην, τὸ Φάνηι εἰδέναι αὐτὸς ἐξευράν. Videtur adden-  
dum ἡ παρ' ἄλλου του μαθών, siquidem respicitur ad  
p. 106. D: οὐκοῦν ταῦτα μόνον οἰσθι, ἀ παρ' ἄλλων  
ἔμαθες ἡ αὐτὸς ἐξεύρες; coll. p. 112. D: οὕτε μαθὼν  
Φαίνει παρ' οὐδένος οὔτ' αὐτὸς ἐξευράν. practerea paulo  
ante Socrati concesserat Alcibiades, se neque didi-  
cissem neque invenisse. itaque in seqq. iam eo con-

fugit ut dicat se illam scientiam tenere, ut vulgus, eamque non ex magistri disciplina percepisse, sed ex usu et consuetudine hominum.

p. 415. E: τὸ ἄρα βούθεῖν εὐ πολέμω τοῦ φίλοις, οὐ μὲν καὶ λόγον, πατ' ἀγαθῶν πρᾶξιν τὴν τῆς ἀνδρείας, καὶ λόγον αὐτὸν προσεῖπας; Pro altero καὶ λόγον nobis persuasimus scribendum esse ἀγαθῶν vel καὶ ἀγαθῶν, quod loci nexus requirit. Supra C: ὅρα τονυν, εἰ οὐ γε καὶ λόγον καὶ ἀγαθῶν; mox: πατὰ δὲ κακοῦ πρᾶξιν τὴν τοῦ θεατῶν κακοῦ. Nimurum toto hoc loco Socr. demonstratum ivit, τὰ καλὰ omnia, quatenus sunt καλὰ, eatenus esse ἀγαθά. Nec multum obstat, quod Codd. h. l. tuentur κακοῦ, quod vocabulum quum in hac parte dialogi saepius redeat, facile potuit in alienum locum irrepere.

p. 425. D: Άλλὰ τί πότε λέγεις χρωμένων ἀνθρώπων ἀνθρώποις οἷον τ' εἴναι ἄρχειν; Locus satis impeditus, qui, ut explicetur, accurate cum superioribus contendi debet. Nempe rogit Socrates, qui sint boni viri? cui Alcibiades respondet esse: τοὺς δυναμένους ἄρχειν εὐ τῇ πόλει (supra B); at re accuratius persensa, apparet esse τοὺς δυναμένους ἄρχειν ἀνθρώπων χρωμένων ἀνθρώποις; restat definiendum in seqq. τῇ χρωμένων. Ita si hunc locum explicueris et repatteris supra in omnibus illis interrogationibus splendum esse plurale τοὺς δυναμένους ἄρχειν, fortasse nobiscum pro οἷον τ' εἴναι legendum censeas οἷον τ' εἴναι. — Idem vitium occupavit, opinor, Lach. p. 495 C, ubi legendum putamus: ὅτι οἵτοι τοὺς

ἰατροὺς πλέον τι εἰδέναι περὶ τοὺς κάμηνοντας ἢ τὸ ὑγιεῖν  
νὸν εἰπεῖν οἷούς τε (sc. εἶναι) καὶ νοσῶδες.

p. 128. E: Τί δέ; τίς τέχνη βελτίω ποιεῖ αὐτὸν κ. τ. λ.  
usque ad p. 129 B: Φέρε δή, τίν' ἂν τρόπον εὑρεθείη  
αὐτῷ τὸ αὐτό; Totus hic locus multum habet dif-  
ficultatis et obscuritatis, needum virorum doc-  
tissimorum opera in eo collocata ad liquidum  
perductus est; in quo explicando diligenter te-  
nendum est αὐτὸν indicare personam ipsam, αὐτὸν  
idem illud abstracte et generatim positum (v.  
Theaet. p. 172 E, Crat. p. 432 D). Itaque illud  
τίν' ἂν τρόπον εὑρεθείη αὐτῷ τὸ αὐτό; signif. » qua ra-  
tione inveniri possit ipsum illud (nam αὐτῷ τὸ iun-  
gendum) αὐτῷ s. ipsam ideam eius quod sit αὐτό? Obversabatur autem Platonis animo, quum haec  
scriberet, iam notio quaedam sed nondum satis  
clara illa, doctrinae suae de ideis, unde factum  
est ut paulo obscurius hic locutus sit, quam so-  
let in aliis dialogis proiectiore aetate scriptis, ubi  
pariter de ipsa idea rerum disserit.

Charmides p. 159 D: τὰ δὲ βραδέως μόγις τε καὶ  
ἥσυχη τὰ τοῦ αἰσχροῦ; Quum hic locus procul du-  
bio labem traxerit, statuendum est aut alterutrum  
horum verborum, βραδέως et μόγις, interpretatio-  
nem esse alterius (quod tamen non verisimile,  
quia neutrum explicatione indiget), aut olim dupli-  
cem exstisset scripturam, quam scribae in unam  
conflarint, aut denique μόγις corruptum esse ex

γιγνόμενά, quod quum compendio scriberetur corruptioni locum dederit, ut legendum sit: τὰ δὲ βραδέως τε καὶ ἡσυχῇ γιγνόμενα τὰ τοῦ αἰσχροῦ; Centerum in seqq. p. 160 C: εἰ δὲ τι μάλιστα μηδὲν ἐλάττους αἱ ἡσυχίαι τῶν σφοδρῶν τε καὶ ταχεῖαν πράξεων τυγχάνουσι καλλίους οὔσαι, adiect. ἐλάττους agit partes adverbii, ut Reip VIII p. 544 D: εὗροι δὲ τις αὐτὰς οὐκ ἐλάττους περὶ τοὺς βαρβάρους η τοὺς Ἑλλήνας.

p. 164 A: ὅτι τοὺς δημιουργεῖς οὐδὲν καλύει καὶ αὖ τὰ τῶν ἄλλων ποιοῦντας σωφρονεῖν. importunum est et h. l., nam nihil est additum vel oppositum ad quod referatur. Quocirca vel αὖ delendum est cum Heind. vel maius vitium locum occupavit, ita sanandum: καὶ τὰ αὐτὰν καὶ αὖ τὰ τῶν ἄλλων ποιοῦντας, quod cum universa loci sententia magis etiam congruit et literarum similitudine facile oblitterari potuit. Cff. proxima et p. 165 A.

p. 166 B: καὶ μὴν αὖ η στατικὴ τοῦ βαρυτέρου καὶ πουφοτέρου σταθμοῦ ἔστι στατική. alterum illud στατική merito offendit Interpretes. Si quid pro eo substituendum, scribas ἐπιστήμην.

p. 167. A: καὶ ἔστι δὴ τοῦτο τὸ σωφρονεῖν κ. τ. λ. Fortasse hic, ut in superioribus pro ἔστι restituendum fut. ἔσται. nam Socr. non suam sententiam profert, sed loquitur e persona Critiae. — In iis, quae proxime antecedunt, prima enunciati pars ὁ ἄρτα σωφρων μένος oppositum sibi habet id, quod in fine legitur τῶν δὲ ἄλλων οὐδεὶς, quae verba non cum

verbis *οἴδε δ'οὐ iungenda sunt*, ut nonnulli voluerunt.

p. 170. A: *καὶ γὰρ αὖ μανθάνω, ὡς ἔστι τὸ αὐτὸν οἴδεν εἰδέναι καὶ ἡ τις μὴ οἴδεν εἰδέναι.* Locum esse corruptum quisque sentiet, qui superiora paulo accuratius inspicerit; senserunt Intpp., tamen in explicando aut corrigendo minus felices fuerunt. Nimirum, ex antecedentibus liquet post τὸ αὐτόν tale quid sequi oportuisse: *τὸ αὐτὸν γιγνῶσκου ἔχειν καὶ τὸ εἰδέναι ἡ τε οἴδε καὶ ἡ μὴ οἴδεν.* atqui hoc ipsum facilime e superioribus cogitatione suppletur, modo haec verba: *ἡ οἴδεν εἰδέναι καὶ ἡ τις μὴ οἴδεν εἰδέναι* delectantur. Quare nos quidem in ea sumus sententia, ut ea putidum annotatoris alicuius additamentum putemus esse, quibus electis omnia erunt plana ac perspicua. Nam Critias non exputans, cur Socr. non existimaret haec esse eadem: » Quid dicis? inquit, quomodo tu probare » poteris non esse idem τὸ αὐτὸν γιγνῶσκου ἔχειν et » εἰδέναι ἡ τε οἴδε καὶ ἡ μὴ οἴδεν? » cui Socrates iam explicare instituit suam sententiam, scientiam non esse posse, quae solummodo sit ἐκπυγῆς, sed necesse esse eam habere subiectam sibi materiam, in qua explicanda versetur.

p. 170 E: *εἰ μέλλει δὲ σώφρων ἢ ὁστισοῦν ἄλλος τὸν ὡς ἀληθῶς ἵστρον διαγνώσεται καὶ τὸν μὴ κ. τ. λ.* Verba ἢ ὁστισοῦν ἄλλος vehementer mihi suspicionem movent ne ab aliena manu adsuta sint, quum argumentationem universam videantur turbare et minuere

vim irrisio[n]is, quae in seqq. inest. nam haec solum dicta sunt de eo, qui est σώφρων e definitione Critiae, h. e. de tali homine, qui ἐπιστήμην ἐπιστημῶν habeat, res ipsas vero non norit; hic igitur putabit, se unum de scientia disserere posse, praeterea neminem; hanc autem definitionem ridiculam reddit Socrates. Videntur verba apposita esse a sciolo aliquo, qui legisset p. 171 C: οὐ δέ γε ἄλλος οὐδεὶς, ὃς ἔσται, πλὴν Ιατρός, οὔτε δὴ ὁ σώφρων, quorum tamen verborum longe alia est ratio.

*Lysis* p. 204 A: Βούλει οὖν ἐπεσθαι, ἔφη, οὐα καὶ ἕδης τοὺς ἀντίθει; Αὐτοῦ πράτεν ηδέως ἀκούσταιμ' ἄν, ἐπὶ τῷ καὶ εἰςειμι καὶ τίς δὲ καλός. Video Intpp. haerere in explicatione v. αὐτοῦ. atqui nihil aliud est nisi adverbium *hic* s. *hoc ipso in loco*, opponiturque praecedenti βούλει οὖν ἐπεσθαι » visne sequi?» » Hic primum, inquit, lubenter audiam cet." Eadem signif. est Reip. I. p. 527 C: "Η τοῖνυν τούτων, ἔφη, κρέπτους γένεσθε ή μένετ" αὐτοῦ. *Crito* p. 54. A: τί δαί; εἰς Θετταλίαν αὐτοὺς ἀγαγὼν θρέψεις τε καὶ παιδεύσεις, ξένους ποιήσας, οὐα καὶ τοῦτο σου ἀπολαύστων; ή τοῦτο μὲν οὐ, αὐτοῦ δὲ τρεφόμενοι, » hic, Athenis sc." — *Theaet.* p. 142 C: ἀλλὰ πῶς οὐκ αὐτοῦ Μεγαροῦ κατέλυε;

p. 211 E: οἴμαι δὲ, νὴ τὸν κύνα, μᾶλλον η τὸ Δαρεῖον χρυσιὸν κτῆσασθαι δεξαίρην πολὺ πρότερον ἐτάξου, μᾶλλον η κύτὸν Δαρεῖον. *Frigidus et ineptus lusus verborum*, Platone indignus, quo μᾶλλον

δέξαιμην κτήσασθαι Δαρεῖον signif. debet » mallem ego Darius esse,” quare reponendum videtur, quod habet Arist. T. II. p. 435 (quem locum Stallb. affert), qui hunc locum imitatione expressit μᾶλλον ἢ αὐτὸς Δαρεῖος γενέσθαι, accusativus errore exstitit propter proximum accus. quo facto Infin. γενέσθαι facile eiectus est. Ceterum quum μᾶλλον ἢ cum emphasi iteretur, in concitatiore oratione non opus est cum Buttmano asyndeton tollas scribendo μᾶλλον δὲ ἢ. Cum nostro loco componatur Gorg. p. 471 C: παὶ τῶς ἔστιν ὅστις Ἀθηναῖαν ἀπὸ σοῦ ἀρέσκεινος δέξαιτ’ ἀν ἄλλος ὁστιοῦν Μακεδόνων γενέσθαι μᾶλλον ἢ Ἀρχέλαος.

p. 215 C: πολλάκις δέχθρὸν εἶναι μὴ ἐχθροῦ ἢ καὶ φίλου. ὅταν ἢ μὴ μισοῦν τις φιλῆ ἢ παὶ φιλοῦν μισῇ. Unicuique, opinor, apertum esse debet, qui locum superiorem paulo attentius perlegerit, pro φιλῆ omnino restituendum esse μισῇ, quod maxime miror neque Bekkerum nec Stallb. animadvertisse; appareat enim vel e proximis: πολλάκις φίλον εἶναι μὴ φίλου, πολλάκις δὲ παὶ ἐχθροῦ, ὅταν ἢ μὴ φιλοῦν τις φιλῆ ἢ καὶ μισοῦν φιλῆ. Summopere iam gaudeo, videns illud μισῇ locum suum tandem vindicasse in editione novissima Turicensi, in qua ex aliquot Codd. restitutum est. Ne vero quem offendat repetitum illud μισῇ, φιλῆ, huius orationis redundantiae copiam exemplorum e Platone afferemus ad Menonis initium, quibus e Latinis scriptoribus facile similia addi possint, veluti

Cic. Lael. c. XVI. » Quin etiam *necesse erit cupere et optare . . . . . , rursum autem recte factis commodisque amicorum necesse erit angi.*” De Orat. III. 10. » Sed usitatis ita poterit *uti*, ut lectissimis *utatur.*” Off. 4 : 5 : 5. » Atque ea sic *definiunt*, ut rectum quod sit, id officium perfectum esse *defini-ant.*” — Mox p. 214. B: commate post πᾶν posito, scribendum est: ”Ισως, ήν δέγώ, τὸ ἡμίσου αὐτοῦ, Ισως δὲ καὶ πᾶν, ἀλλ' ἡμεῖς οὐ συνίεμεν. » fortasse totum verum est, quod dicunt, quamquam nos non intelligimus; nam cett.” — Eadem pagina pa-  
lo inferius: Φέρε οὖν . . . ίδωμεν, τι καὶ ὑποπτεύω.  
fortasse pro τι καὶ ponendum est εἰ τι καὶ. sic Sym-  
pos. p. 199. B: ὅρα . . . εἰ τι καὶ τοιότου λόγου  
δέσι. Reip. IV. p. 453. A: ἄκουε εἰ τι ὅρα λέγω  
al.

p. 219 C: ”Αρ' οὖν οὐκ ἀνάγκη ἀπειπεῖν ἡμᾶς οὔτως θεντας, καὶ ἀφιέσθαι ἐπὶ τινα ἀρχὴν, οὐ οὐκέτ' ἐπανοίσει ἐπ' ἄλλο φίλου, ἀλλ' ἡξει ἐπ' ἐκεῖνο, δὲ στι πρῶτου φίλου, οὐ ἔνεκα καὶ ταῦτα φαμεν πάντα φίλων; In his verbis offendit Heind. qui non sine veri specie iudicavit, quum ἀρχὴ haec ipsa sit πρῶτον illud φίλου, cuius causa cetera omnia sint φίλων, eam non potuisse iam dici ἡξει ἐπ' ἐκεῖνο. In eadem sententia nos quoque aliquamdiu suimus, ideoque legendum pro ἡξει ἐπ' putabamus ἡξει ηδὲ. verumtamen fatendum, v. ἡξει si prematur, incommodum videri, sed oppositum ἐπανοίσει facile sensum huius indicare, ut sit: » ἀρχὴ quae venit

ad πρῶτον illud φίλου i. e. quae id ipsum tangit s. habet." — Ita explicatus locus non videbitur indigere correctione; in qua sententia videntur fuisse sodales Turicenses, qui nihil mutant.

*Laches* p. 184 B: Vituperat Laches ὀπλομαχίας artem, quae nullam fere militibus utilitatem afferat, hanc inter alias causam afferens: καὶ γὰρ οὐν μοι δοκεῖ, εἰ μὲν δεῖλός τις ἦν οἷοιτο αὐτὸν ἐπισταθεῖ, θραυστέρος ἂν δι' αὐτὸν γενέμενος ἐπιφανέστερος γένοιτο οἶος ή. Pro priore αὐτῷ recentiores e Codd. receperunt αὐτὸν; recte quidem, sed non magis repudiandum est, quod omnes Codd. praeter tres, post οἷοιτο insertum habent δεῖν. Quid enim? si opinatur se tenere illam artem, audacior aliquis fiet, an ita demum, si eam tenet? scribendum igitur putamus εἰ μὲν δεῖλός τις ἦν οἷοιτο δεῖν αὐτὸν ἐπισταθεῖ u. τ. λ. » Si quis opinaretur se oportere teneare eam artem (ad eoque eam sibi compararet), audacior factus, magis etiam quam antea, appareret qualis esset." —

p. 188 C: τὸ μὲν ἔμδην οὐδὲν καλύει Σωκράτει συνδιατρίβειν ὅπως οὗτος βούλεται. — Pro οὗτος perspicuitatis causa mallem αὐτός, quod pron. ad Socratem referatur. — Locum, qui sequitur (D) optimè sic constituit Heusdius (*Spec. Crit.* p. 122), recepit Bekkerus: καὶ κομιδὴ μοι δοκεῖ μουσικὸς δο τοιοῦτος εἶναι, ἀρμονίαν καλλιστην ἡρμοσμένος, οὐ λύρην οὐδὲ παχιδιάς ὅργανα, ἀλλὰ τῷ ὄντι ξῆν ἡρμοσμένην.

νος αὐτὸς αὐτοῦ τὸν βίον σύμφωνον τοῖς λόγοις πρὸς τὰ  
ἔργα, neque amplius quidquam mutandum, neque  
cum Stallb. locum divellam, posito commate post  
ζῆν, neque cum Orellio pro corrupto ὡς, quod  
vulgo post ἡρμοσμένος ponebatur, legam εὖ; utra-  
que conjectura perit loci elegantia; nam verba ita  
iungenda: ἡρμοσμένος ζῆν τὸν βίον σύμφωνον κ. τ. λ.  
Reip. VI. p. 495 C: βίον οὐ προσήκοντα . . . .  
ζῶσι; ib. V. p. 465 D: ὅν (βίον) οἱ δλυμπιονῖκαι  
ζῶσι.

*Protag. p. 511 B:* Καὶ ἐγὼ ἀποπειρώμενος τοῦ  
Ἴπποκράτους τῆς ῥώμης διεπόπουν αὐτὸν κ. τ. λ. Pror-  
sus displicet voc. ῥώμη, quod quamquam subinde  
animi constantiam ac firmitatem significat, tamen  
huius loci rationi non congruit; nam tantum ab-  
est, ut Socrates Hippocratem deterreat a proposito  
adeundi Protagoram, ut velit etiam una cum adol-  
escentulo Sophistam adire, a quo specimina doctri-  
nae petant. Vide igitur an corrigendum sit γνώμη.  
Sane in seqq. Socrates adolescentis sententiam de  
Protagora inquirit, quid ab illo discere cupiat,  
rogans. ῥώμη fortasse irrepstis, quod superiore pagina  
memoratur Hippocratis ἀνδρεία, ibi aptum; aut  
scribarum errore, ut contra Xen. Symp. 1. 2. 9  
ῥώμη in γνώμης abiit, quod correxit Heusd. Spec.  
Crit. p. 48.

p. 519 C: ἢ οἱ τοξόται αὐτὸν ἀφελκύσωσιν ἢ ἔξαι-  
ρωσται κελευόντων τῶν πρυτάνεων. Aliquando fui in

ea sententia, ut alterutrum horum vocabulorum ἀφελκύσωσιν et ἐξαίρωνται tanquam interpretationem alterius delendum putarem, quippe idem fere h. l. significarent; nimirum in Atheniensium comitiis oratores mali et turbulenti iussu magistratum e suggestu moxebantur a τεξόταις (v. Aristoph. Acharn. v. 54 ibique Intrp.), ministris publicis, qui Scythae alibi vocantur; hi autem proprio verbo dicuntur ἔλκειν s. ἀφέλκειν (Aristoph. Eccles. v. 259. Equit. v. 670 Dind.) etiam ἐκφέρειν Eccles. v. 145. Cf. Xen. Mem. III. 6. 4. — Itaque illud ἀφελκύσωσιν tanquam notius vocab. suspicabar esse interpretationem τοῦ ἐξαίρωνται, h. s. minus vulgaris; fieri tamen potest, ut hoc referri debeat ad eos, qui non e suggestu verba facerent, sed in media populi turba stantes clamore et strepitu concionem turbarent, quos narrat Aeschin. Timarch. § 55. a magistratibus suis poena multatos: τῶν ῥητόρων ἐάν τις λέγῃ ἐν Βουλῇ ή ἐν δήμῳ . . . . . ή χρηματιζόντων μεταξὺ ἀνεστηκάς λέγη περὶ του μὴ ἐπὶ τοῦ βῆματος . . . . . κυριεύετωσαν οἱ πρόεδροι μέχρι πεντήκοντα δραχμῶν εἰς ἔκαστον ἀδίκημα ἐγγράφειν cet. — Simili fere significatione ἄρασθαι legitur in lerido Aristophontis comici fragmento ap. Athen. p. 258., ubi parasitus dicit: "Αγ τις ἐστι φράτως πάρω ὡστ' πάλαι ήδη ζωμὸς παλαιόμων . δεῖ τιν' ἄρασθαι μέσον τῶν παροινεύντων; παλαιστὴν νόμιτσυ αὐτάργειον μὲν ὄραν." Conivium si quis exhibet, adsum primus; ita que iam dudum iusculum vocor. Oportet medi-

» um tollere aliquem temulentum et foras efferre?  
 » Putato te luctatorem videre purum putum Ar-  
 » givum." quem locum citavit Bergl. ad Arist. Eccl.  
 v. 445.

p. 521. B: Καὶ ὑπὸ ποδῶν τὰ μὲν ὅπλαῖς, τὰ δὲ  
 θρῃὶ καὶ δέρμασι στερεοῖς καὶ ἀναιρίσις. Vox θρῃὶ<sup>1</sup>  
 tentari non debet: nam quod mirantur, nonnullorum  
 animalium pedibus *setas* substerni, nihil hoc mira-  
 tionis habet, quum multa animalia pedes setis mu-  
 nitos habeant, quibus tacite incedere suaeque prae-  
 dae obrepere possint. Praeterea θρῃὶ omnes Codd.  
 tinentur, neque in ullo reperitur τύλοις, quod  
 Steph. substituere volebat; sed Steph. in errorem  
 inductus videtur Ficini interpretatione: » pedibus-  
 » que soleas addidit, ungulas, setas, callum, pel-  
 » les itidem quam durissimas." Nimirum interpres  
 Florentinus δέρματα ἄναιρις uno verbo verit » cal-  
 » lum," δέρματα στερεὰ vero » pelles durissimas." Sed Ficinus habet *soleas*, *setas* et *ungulas*; possis  
 hinc coniicere post θρῃὶ excidisse καὶ ὅντες, nam  
 unguis sane vix abesse possunt. — Quod vero  
 Stallb. offendit mira h. l. superiorum verborum re-  
 petitio, non memor fuisse videtur eorum, quae  
 paulo ante ipse monuerat, Protagoram ita induci  
 a Platone loquentem, ut poetice quidem atque ma-  
 gnifice, non tamen idem limate et accurate dicat,  
 imo saepe inepte repeatat quae iam ante exposui-  
 sset. Sic mox de Epimenide dicit: σωτηρίαν τῷ  
 γένει πορίζων, postquam idem illud iam bis enun-

ciavit: αὐτοῖς ἐμηχανᾶτο δύναμιν εἰς σωτηρίαν εἰ: ταῦτα δὲ ἐμηχανᾶτο . . . μή τι γένος ἀποτελεῖ. — Ceterum quae sequuntur verba εἰς τὰ ἄλογα, quamquam Codd. duo iique optimi omittunt, oppositionis ratio flagitat ut serventur.

p. 527. C: οὕτως οὖν καὶ νῦν, δόστις τοι ἀδικάτατος Φαίνεται ἀνθρώπος τῶν ἐν νόμοις καὶ ἀνθρώποις τεθραυμένων. — Latet vitium in illis ἐν νόμοις καὶ ἀνθρώποις. quasi vero tibicines, quos antea memoravit, hominum societate carerent! In loco emendando si Ficinum sequamur ducem, haec ita vertentem: » qui iniustissimus tibi videtur inter homines » sub lege viventes" corrigendum erit: τῶν ἐν ἐννόμοις ἀνθρώποις τεθραυμένων, quae lectio quam facile in vulgaratam depravari potuerit, cuique est apertum. Iterum locum legenti alia mihi occurrit conjectura: τῶν ἐν νόμοις καὶ ἐννόμοις ἀνθρώποις, quod magis etiam aptum videbatur grandiloquae Protagorae orationi; eadem video Saupium iam occupasse in editione Turicensi. Prior illa tamen magis placet. — In seqq. (E): νῦν δὲ τρυφᾶς, διότι πάντες διδάσκαλοι εἰσιν ἀρετῆς, καὶ δόσιν δύνανται ἔκποτος, ποιοὶ οὐδεὶς τοι Φαίνεται. εἴθ' ὥσπερ ἀν εἰ ζητοῖς εἰτε esse vitiosum quis dubitet? Heind. scripsit: Φαίνεται εἶγι. ὥσπερ εἰτε verum non facile perspicitur, quomodo librarii εἶγι in εἴθ' corruperint; itaque nuperi Edd. Turicenses εἴθ' retinuerunt, conferre iubentes Arist. Nub. v. 584 (576 ed. Herm.); at ibi εἴτα significat » itaque," quod in nostrum

locum non cadit. aliud vitium locus habet. corrigas ἐπει, et sententia recte procedet: » omnes  
» sunt virtutis magistri et nemo tibi videtur esse;  
» nam, quemadmodum si Graece loquendi magistrum  
» quaeras, nullus apparuerit . . . . ita neque  
» virtutis magistrum invenias,» postrema vero verba,  
οὕτω δὲ ἀρετῆς καὶ τὰν ἄλλων πάντων ο.τ.λ. per ana-  
coluthon ad proxime antecedentia accommodata sunt.

p. 531. A: Οὐκ ἄρα ἔστιν διστόης οἷον δίκαιου εἰναι  
πρᾶγμα, οὐδὲ δικαιοσύνη οἷον δῖσιν, ἀλλ' οἷον μὴ δῖσιν· οὐδὲ  
διστόης οἷον μὴ δίκαιον, ἀλλ' ἄδικον ἄρα, τὸ δὲ ἀνό-  
σιον; Locus satis vexatus necdum probabiliter con-  
stitutus, in quo Codices omnes, praeter unum, te-  
nent: ἀλλὰ δίκαιου ἄρα, τὸ δὲ ἀνόσιον, quae scriptura  
etsi ipsa vera non est, tamen ad veram dicit,  
quam opinamur talem fuisse: Οὐκ ἄρα ἔστιν διστόης οἷον  
δίκαιου εἰναι πρᾶγμα, οὐδὲ δικαιοσύνη οἷον δῖσιν, ἀλλ'  
οἷον μὴ δῖσιν, οὐδὲ διστόης οἷον μὴ δίκαιον· ἀλλὰ δί-  
καιον ἄρα τὸ ἀνόσιον; Postremum enim hoc: » at-  
qui num τὸ ἀνόσιον ergo est δίκαιον?» e praegressa  
argumentatione ducitur. Sic, levissima mutatione  
admissa, recte apteque omnia se habebunt.

p. 532 A. πότερον δὲ δταν πράττωτιν ἀνθρώποι ὁρ-  
ῶσι τε καὶ ὠφελίμως, τότε σωΦρονεῖν σοι δοκοῦσιν οὕτω  
πράττοντες. οὐ εἰ τούναντίον ἐπράττον; — ΣωΦρονεῖν,  
ἔφη. — Primum animadvertatur geminatum: δταν  
πράττωσι . . . οὕτω πράττοντες. Saepius sic Plato,  
veluti Gorg. p. 468 B: τι ἀγαθὸν ἄρα διώκοντες καὶ  
βαδίζομεν, δταν βαδίζομεν, καὶ τὸ ἐγκαντίον ἔσταμεν,

ὅταν ἔστωμεν. Reip. I p. 347 C: ἐν δεῖσαντές μοι  
 Φαινούται ἀρχεῖν, ὅταν ἀρχωστιν, οἱ ἐπιεικεῖς. Crat. p.  
 423 B: ὕνομη ἄρα ἔστιν, ὡς ἔστιν, μίμημα Φανῆς ἐπει-  
 νου, δι μιμεῖται καὶ ὕνομάζει ὁ μιμούμενος τῇ Φανῇ, ὅταν  
 (v. ἔδι) μιμῆται, ubi Heind. hanc formam restituit.  
 Pertinent autem haec ad eam orationis redundantiam,  
 cuius plura exempla notabimus ad Menonis initium.  
 Totum vero locum esse corruptum dubitari  
 nequit, sed de emendandi ratione cum Intpp. non  
 consentio, quorum alii alia tentarunt. Ipsum igitur  
 locum inspiciamus. hoc rogat Socrates: » Utrum  
 » quum recte et frugaliter agunt homines, tunc  
 » temperantes esse tibi videntur, an? — appa-  
 paret iam alteram partem interrogationis tales esse  
 debuisse: » an quum contrarium faciunt? » Sed  
 quum prius dixisset: ὅταν πράττωσιν, mutat iam in-  
 terrogationis formam, dicens: ή εἰ τούναντίον ἔπειτα-  
 τον; quasi praecessisset, quod intelligendum est:  
 δοκοῦειν ἂν σοι σωφρονεῖν; — Huc usque bene proce-  
 dit oratio; sed id quod respondeatur: σωφρονεῖν,  
 ἔφη, non congruit, opinor, interrogationi; quo circa  
 in hoc responso vitium latere mihi videtur, et simpli-  
 citer scribendum esse: τότε, ἔφη. puto, illud τότε  
 absorptum esse praecedenti syllaba τοι; quo ex-  
 stincto, temere e superioribus invectum esse σω-  
 φρονεῖν. Erit igitur τότε, ἔφη, referendum ad praec-  
 edens τότε, ut sit τότε μοι δοκοῦσι σωφρονεῖν, ὅταν  
 ὁφελίμως πράττωσι. Ficinus fortasse illud τότε in  
 suis Codd. invenerit, qui ita respondentem facit Pro-

tagoram: » Temperanter agere videntur mihi, quum  
» frugaliter recteque agunt,” ut interpres Floren-  
tinus non verbum verbo, sed sententiam, quae  
verbo inest, reddiderit. — Possis etiam pro τότε,  
ἢφη, alia coniectare, veluti: οὕτως, ἔφη, vel  
ὅρθῶς, ἔφη, quae quadrent praegressis οὕτως et  
ὅρθῶς. Sed totius loci indicium lectori relinquo.

p. 558 D: οὐδὲ μὲν ἔγωγέ σου τὴν φιλοσοφίαν ἔγγι-  
μαι, ἀτὰρ καὶ νῦν ἐπαινῶ καὶ φιλῶ. Frustra Stallb.  
νῦν καὶ scribendum suspicatur; nam καὶ cum νῦν  
connectendum, non vero cum ἀτάρ, ut ille vir  
doctissimus opinatur. De Rep. II p. 567 E: καὶ ἔγὼ  
ἀκούσας, οὐδὲ μὲν δὴ τὴν φύσιν τοῦ τε Γλαύκωνος καὶ τοῦ  
Ἀδειμάντου ἡγάριμην, ἀτὰρ οὖν καὶ τότε πάνυ γε ἡσθην.  
utroque loco καὶ νῦν, καὶ τότε respondet praecedenti  
ᾳεὶ. Sic Phaed. p. 59 C: οὐδὲ γὰρ δὴ καὶ τὰς  
πρόσθεν ἡμέρας εἰώθειμεν φοιτᾶν ..... καὶ δὴ καὶ  
τότε κ. τ. λ. et Sympos. p. 192 B, ubi particula  
post τότε ponitur: δταν μὲν οὖν καὶ αὐτῷ ἐπεινῷ ἐν-  
τύχῃ τῷ αὐτοῦ ἡμίσει ..... τότε καὶ θαυμαστὰ ἐκ-  
πλήττονται. His omnibus in locis particula καὶ ad-  
verbii iuncta eorum significationem intendit, ut  
fere verti liceat » præsertim.”

p. 540 C: οὐ γὰρ τοῦτο δὲ Πιττακὸς ἔλεγε τὸ χα-  
λεπόν, γενέσθαι ἐσθλόν, ὥσπερ δὲ Σιμωνίδης, ἀλλὰ  
τὸ ἔμμεναι. Nulla caussa cogimur cum Bekk. et  
Stallb. unius Cod. auctoritate scribere: ἀλλὰ τοῦτο,  
ἔμμεναι. nam τοῦτο in illo Cod. e correctione ortum  
est. Sed totius loci ratio suadere videtur, ut ar-

ticuli transpositione facta locus sic legatur: οὐ γὰρ τοῦτο ὁ Πιττακὸς ἔλεγε χαλεπόν, τὸ γενέσθαι ἐσθλόν . . . . ἀλλὰ τὸ ἔμεναι.

p. 546 E: ἐνταῦθα δεῖ ἐν τῷ ἐκάνω διαλαβεῖν λέγοντα h. e. » hic oportet in (s. post) ἐκάνω pronunciando interstinguere." Prorsus miror neminem dum in hunc locum offendisse, qui mihi quidem videtur interpolatoris esse, qui meminisset Socratem in superioribus (p. 545 D) ita carmen Simoni dicum explicuisse, ut doceret ἐκάνω non cum seqq. δοτις ἔρδη μηδὲν πανόν, verum cum iis, quae praecesserant, ἐπανυπι καὶ φιλέω iungi oportere; quod quum Socrates oratione sua manifesto exposuisset, prorsus incommodo auditores rursus de hac re moneret, quasi iam oblii essent. Accedit quod, si Platonis ars maxime in eo cernitur, quod ita ad vitae veritatem personas pingit, ut ipsos loquentes audire videamus, hac arte parum confidere videatur, si tali additamento opus putaret. — Sed glossatorum impudentia librariorumque incuria mirum quantum foedarunt Platonis dialogos; veluti paullo ante turpissimum illud glossema legitur φιλεῖν καὶ ἐπιχνεῖν (p. 546 A), quod dudum expungendum esse vidit Heindorfii sagacitas. Nec multum absum quin ea quoque verba, quae supra leguntur p. 545 B: αὕτη γὰρ μόνη ἔστι κακὴ πρᾶξις, ἐπιστῆμες στερηθῆναι, pro intersticiis habeam, quippe quae superioribus moleste annexuntur, quin cum illis mirifice pugnare videantur; nam praecedunt

haec: οὕτω καὶ ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ γένοιτο· ἐν ποτε καὶ  
κακὸς ἢ ὑπὸ χρόνου ἢ ὑπὸ πόνου ἢ ὑπὸ νοσου ἢ ὑπὸ ἄλ-  
λου τιὸς περιπτώματος: in his vero nulla scientiae  
mentio. equidem putaverim verba, in alienum lo-  
cum nunc translata, iustum habitura locum post  
illa, quae paulo ante leguntur: οὐδεῖς δὲ ἰατρικῆς  
ἰδιῶται οὐκ ἐν ποτε γενομένης κακᾶς πράξεωντες οὔτε  
ἰατροὶ οὔτε τέκτονες οὔτε ἄλλο οὐδὲν τῶν τοιούτων,  
quibus iam aptissime subicietur αὕτη γὰρ μόνη κ.  
τ. λ.

p. 555 D: ἡ κανὸν εἴ τι τούτων εἰς τὸ ὕστερον μηδὲν  
παρασκευάζει, χαίρειν δὲ μόνον ποιεῖ, οἷμας δὲν κακὰ  
ἢ, δ τι μαθόντα χαίρειν ποιεῖ καὶ ὅπκοῦν. Locus hic  
variis criticorum conjecturis tentatus est, et ta-  
men probe explicari potest, modo scribatur δ τι  
(non δτι) μαθόντα κ. τ. λ. Notum est formulam δ τι  
μαθόντων ita usurpari, ut cum reliquis, quod ad  
constructionem attinet, fere non cohaereat; ve-  
luti Apol. p. 56 B: τι ἀξιός είμι παθεῖν η ἀποτί-  
σαι, δ τι μαθὼν ἐν τῷ βίῳ οὐχ ἡσυχίαν ἔγον. — ut,  
si h. l. liberiorem structuram imitando exprimere  
velis, dixeris: » an tamen mala sint, quodcumque  
» tandem efficientia et quocumque modo, gaudere  
» faciant. ” Nam etsi τι μαθὼν et δ τι μαθόντων plerum-  
que quidem de personis usurpatur, tamen nihil  
obstat, quominus etiam de rebus usurpetur, praesertim  
quam Graeci ament tales formulas, quales  
sunt ταῦτα φιλεῖ γίγνεσθαι, ταῦτα βούλεται εἶναι,  
et quae sunt id genus aliae. Simili sensu δ τι πα-

*δῶν* significat: » qualicumque modo comparatus." Sed de vi et significatione harum dictionum eff. Stallb. ad Euthyd. p. 285 E. et Herm. in Praefat. Nub. Aristoph. p. 46 seqq., qui tamen ubique μαθάνει in παθάνει mutandum censem.

*Euthyd.* In principio huius dialogi verba haec: Καίνοι τινες καὶ οὗτοι, ὡς ἔσται, σοφισταῖ, Winckelmann tribuit Critoni, quae procul dubio Socrati adscribenda sunt; nam Crito neque eos cum Socrate colloquentes audiverat et neutrum norat (p. 271 A. B.); Socrates autem cum cavillatione quadam illud ὡς ἔσται addit: » Novi quidam rursus » Sophistae hi sunt, ut videtur." Nimirum antea noverat quidem eos esse pancratiastas, non vero eosdem eristica quoque arte esse insignes expertus erat (p. 272 A. B.); unde patet, ὡς ἔσται, maxime ad καίνοι referri oportere. iidem enim iam ἐριστινοὶ erant, qui vel proximo anno inter σοφοὺς nondum numerabantur (p. 272 C). Animadventendum, illud ὡς ἔσται cum contemtu quodam adiici de re, quam diligentius nosse parum curamus, similiter οἴμαι, ὡς τὸ εἰκός, alia huiusmodi. Cratyl. p. 404 C: ὅποι ἀπειράσει, ὡς ἔσταινει, δυομάτων ὀρθότυπος. Gorg. p. 460 A: ΓΟΡ. ἈΛΛ' ἐγὼ μέν, ὡς Σώκρατες, οἴμαι, ἐχει τύχη μὴ εἰδώς, καὶ ταῦτα περ ἐμοῦ μαθήσεται. — Sic ὡς τὸ εἰκός de Rep. VIII p. 488 C.

In proximo loco, quem Stallb. recte constituit

et explicuit, ὡς ἔγαγε οὐδὲ ἥδη πρὸ τοῦ, ὃ τι εἰεν  
οἱ παγκράτικοι, tamen additum οἱ offendit; nam  
Socrates non loquitur de pancratiastis, quales esse  
solerent, sed quales essent generatim ipsi per se,  
intelligens eos, qui non corporis tantum, verum ani-  
mi quoque viribus, ingenii acumine et disserendi  
subtilitate cum aliis possent contendere. neque ad-  
ditur articulus mox: νῦν δὲ τέλος ἐπιτελέσθαι τον παγ-  
κράτικῆς τέχνης, ubi item pancratiistarum arte dia-  
lectica facultas significatur. itaque h. l. aut οἱ  
expungatur, aut scribatur σοι, qui dativus in  
familiari sermone tritissimus est.

p. 272 C: ἀλλ' ἔγώ ἐν μόνοι Φαβοῦμαι, μὴ αὖ  
ὄνειδος τοῖν ξένοιν περιάψω. In libris pro αὖ legitur  
αὔτος, nisi quod unus Bodl. habet αὖ, quod in  
textum recepit Stallb. conjectura iam ab Heindor-  
fio repertum. malim tamen αὖ τι. Sic Charm. p.  
167 A: αὖ τις in omnibus libris abiit in αὔτος.  
illud τι aliquantum mitigabit vocabulum ὄνειδος.

p. 284 A: Ναι, ἔφη. ἀλλ' ὁ ταῦτα λέγων, ἔφη  
ὁ Κτησίππος, ὃ Εὔθυδημος, οὐ τὰ ὄντα λέγει. —  
Stallb. ὁ ταῦτα λέγων pro τῷ positum accipit. cuius  
usus etsi exempla non desint, huic loco aptus non  
est. nam hoc diceret Ctesippus: »Est ut dicis, sed  
»non dicis quae vera sunt.” atqui haec repugnant.  
Itaque referantur verba ad Dionysodorum: »Est  
»quidem ita (εἴπερ λέγει τὰ ὄντα, τὰ ληθῆ λέγει); at  
»qui talia dicit (Dionys.) , non dicit τὰ ὄντα.”  
Ita locum explicandum esse, evincent sqq.

p. 284 C: ποιεῖ γάρ ἀν οὐδη τι, σὺ δὲ ἀμολόγηκας τὸ μὴ ἔν μὴ σίδην τ' εἶναι μηδένα ποιεῖν. Nolim cum recentioribus Intpp. (Stallb. et Turic.) duorum Codd. lectionem amplecti μηδὲ ποιεῖν » ne facere quidem; ita enim sententia orietur haec: » tu concessisti fieri non posse, ut quis non modo diceret, » sed ne faceret quidem τὸ μὴ ἔν. at nulla ratio est, cur aliquis facilius faciat τὸ μὴ ἔν quam dicat; itaque retineamus quam omnes fere Codd. commendant, lectionem μηδένα ποιεῖν.

p. 286 E: οὐτ' ἄρα ἐκέλευσο, ἔφη, ἐγώ νῦν δὴ, ὁ Διονυσόδωρος, ἐξεκέγξαι τὸ γάρ μὴ ἐν πᾶς ἂν τις κελεύσαι; Ὡ Εὐθύδημε, οὐ δὲ ἐγώ, τὰ σοφὰ ταῦτα κ. τ. λ. Post κελεύσαι Codd. optimi Bodl. Vat. Θ. r. Vind. scriptum exhibent οὐδὲ κελεύεισι ὅτι οὐ δὲ ἐγώ, ὡς E. κ. τ. λ. Vindob. in margine habet σὺ δὲ κελεύεισι; in his quin vera lectio lateat dubitandum non videtur, quae fortasse haec fuit: κελεύσαι; Οὐ σὺ κελεύεισι; οὐ δὲ ἐγώ. Ὡ Εὐθύδημε, κ. τ. λ. Miratus enim hominis responsum (nam Dionysodorus iusserat Socratem ipsum refutare: Αλλὰ σὺ, ἔφη, ἐλεγξο), indignabundus exclamat Socrates. » Quid » dicis? nonne me iussisti te refutare?» deinde ad Euthydemum conversus: » O Euthydemē, ita pergit, cett.» In concitatiore oratione nemo, opinor, aegre feret asyndeton, neque quod subito a Dionysodoro ad fratrem Euthydemum orationem convertat Socrates.

In proximis: τὰ σοφὰ ταῦτα καὶ τὰ εὖ ἔχοντα σ

πάννοι τι μακρόνω, ἀλλὰ παχέως πως ἐνυσσά, fuerunt, qui haererent in explicatione verborum: τὰ εὖ ἔχοντα, quae verba mihi quidem videntur aliquam ironiae habere significationem, pariter atque τὰ σοφὰ ταῦτα, quemadmodum alias τὰ οὐλά, τὰ κορψά, alia huiusmodi festivā cum irrisione a Socrate usurpari notum est. Itaque τὰ εὖ ἔχοντα sunt τὰ οὐλά quae memorantur p. 299 B, i. e. sophismata: οὐλίται σύμβολοι τι σε τῶν οὐλῶν ἐρέν. Cf. p. 302 A: ἦδη γάρ θτι ἐξ οὐτῶν οὐλὸν τι ἀγαπήσοι τὸ τῶν ἐρωτημάτων.

p. 290 B: Οὐδεμία, ἔφη, τῆς Θηρευτικῆς αὐτῆς ἐπὶ πλέον ἔστιν η̄ δόσον Θηρεύσαι κ. τ. λ. Offendit in hac constructione οὐδεμία τῆς Θηρ. et in explicatione pron. αὐτῆς Heindorfius, qui αὐτῆς in ἀπάσῃ vel in δύναμι mutandum censem mirum tamen in Codd. ne vestigium quidem corruptae lectionis apparere omnesque adeo in vulgata concinere, quam nos tueri conabimur. Animadvertisendum nempe Θηρευτικὴ hic ponit tanquam genus, cuius variae sint partes s. species, quarum una est η̄ στρατηγική, quae hic memoratur; dicit ergo: » ipsius artis venatoriae, i. e. » per se spectatae sive generatim positae, nulla pars cett; » sicut Cicero laudatus ab ipso Heindorf. » Totius autem iniustitiae nulla capitalior est cett. » (Off. 1. 45). Quum igitur αὐτό significet genus oppositum partibus, αὐτῆς est hic idem quod ἀπάσης, quoniam illud αὐτό tanquam genus cunctas species rei subiectas amplectitur. Genit. etiam de-

fendi possit ex analogia talium locutionum, quales sunt: *τῆς γῆς τὴν πολλήν.* Thuc. 2: 57. *ἐν παντὶ κακῷ.* Reip. 9 p. 579 B. al.

p. 295 B: *εἶεν, ἢν δέχεσθαι ἀλλὰ πῶς ποιῶ;* εὗται γάρ ποιήσω, ὅπως ἐν σὺ κελεύῃς. οὕτω μὴ εἰδὼ κ. τ. λ. Miror omnino, quod Intpp. ad h. l. non probaverint Heusdii coniecturam (Spec. Crit. p. 64 prolatam), qui vere animadvertit Socratis verba: εὗται γάρ ποιήσω, ὅπως ἐν σὺ κελεύῃς mirifice pugnare cum iis, quae mox dicit: *οὐ τοινυῖς ἀποκρινοῦμαι πρότερον, πρὸν ἐν πύθωμαι;* sed difficultatem sustulit ponendo signum interrogandi post κελεύῃς, quod unice verum est. Heindorf non recepit Heusdii coniecturam, quod putabat futurum ποιήσω post praegressum coniunctivum ποιῶ poni non posse. Sed fut. saepius cum coniunct. permutatur; veluti Eurip. Med. 1271 *οἷμοι, τί δράσσω;* ποῖ Φύγω μητρὸς χέρας; Ion. 758 *εἴπωμεν οὐ σιγῶμεν, οὐ τί δράσσομεν;* Soph. Trach. 972 *τί πάθω;* τί δὲ μήσομαι; al.; quae quidem permutatio eo niti videtur, quod futurum aequo ac conjunctivus saepe deliberandi vim habet. Vide Plat. Criton. p. 50 B: Gorg. p. 524 B. — Sed interrogandi signum post ἐπανερέσθαι tollendum est; ita sententia loci huc reddit: »At «quid faciam? faciamne, utcumque tu iusseris? «iubes enim me, si non intelligam quid interro- «ges, ad id tamen respondere nec ipsum mea «vice interrogare.”

p. 296 D: *καὶ ναὶ μὰ Δία, ἘΦΗ, αὐτὸς ἀεὶ*

ἐπιστῆσει καὶ ἀπαντᾷ, ἐν ἐγὼ βούλωμαι. Non magis h. I. αὐτὸς offendit quam paulo ante: πρὶν αὐτὸς γενέσθαι, ubi pariter quodammodo redundant. hoc enim dicit Sophista: » et ipse priusquam natus eras, omnia sciebas, et ipse postquam mortuus eris, me volente, omnia scies” i. e. » ipse tu, qui nunc mihi credere prorsus non vis.” itaque αὐτὸς miro modo concinit grandiloquae Sophistae orationi et nulla ratio est, cur cum Heind. in εὐθὺς vel cum Stallb. in αὐθὶς mutemus.

p. 505 D: ἐγὼ γὰρ εὖ οἶδα, ὅτι τούτους τοὺς λόγους πάντα μὲν ἐν διλογοῖς ἀγωγῆσιν ἄνθρωποι ὅμοιοι ὑμῖν, οἱ δὲ ἄλλοι οὕτω ἀγνοοῦσιν αὐτούς, ὅττι εὖ οἶδ’ ὅτι αἰσχυνθεῖεν ἣν μᾶλλον ἔξελέγχουτες τοιούτοις λόγοις τοὺς ἄλλους η̄ αὐτοῖς ἔξελεγχόμενοι. Pro eo, quod manifesto corruptum est, ἀγνοοῦσιν Winckelm. e quatuor Codd. recepit νοοῦσιν, explicans: » ita sentiunt de his sermonibus” sed vere Stallb. animadvertisit hanc significationem in formula νοοῦ τι non inesse: ipse proposuit ἀτιμάζουσιν, quod non displiceret nisi nimium a vulgata lectione recedere videretur. Apparet autem hoc dici debere: » pauci ament tales sermones, ceteri ita aegre ferunt, ut cett.” Itaque vide an pro ἀγνοοῦσιν corrigendum sit ἀγνοῶσιν, quod unice aptum est; qua coniectura probata, pro αὐτούς reponendum erit αὐτοῖς, qui dativus quem in accusativum abiisset, loco corrumpendo occasionem dederit.

*Apol. Soer.* p. 25 E: ἐμπεπλήκτοις ὑμῶν τὰ ἄτα καὶ πάλαι καὶ σφοδρῶς διαβάλλοντες. Offendit haec adverbiorum collocatio, καὶ πάλαι καὶ σφοδρῶς, quae prorsus inconcinne sibi e regione ponuntur. Itaque sequendum ducimus optimum Cod. Bodl. qui scriptum habet: καὶ νῦν σφοδρῶς, scribentes: καὶ πάλαι καὶ νῦν σφοδρῶς; ut verba καὶ πάλαι καὶ νῦν iungantur cum ἐμπεπλήκτοι, quod et tempus verbi perfectum et totius loci ratio postulat, σφοδρῶς vero pertineat ad partic. διαβάλλοντες. Eodem modo καὶ πάλαι καὶ νῦν iungitur *Phileb.* p. 45 D: καὶ ἔκαστον τῶν λεγομένων καὶ πάλαι καὶ νῦν. *Soph.* p. 259 B: καὶ γὰρ πάλαι καὶ τὰ νῦν ἡττημένου cest. — Similiter καὶ τότε καὶ νῦν usurpatur *Phil.* p. 60 B; e quibus locis inter se comparatis appareat alterum καὶ praecipuam habere intendendi vim, ut fere significet *praesertim*; quam voculae significationem in aliis quoque huiusmodi locutionibus inesse, veluti ἀεὶ μὲν . . . ἀτὰρ καὶ τότε, iam monuimus ad *Protag.* p. 555 D.

p. 27 E: ὅτως δὲ σύ τινα πεῖσθαι . . . . ὡς οὐ τοῦ αὐτοῦ ἔστι καὶ διαιρόντα καὶ θεῖα ἡγεῖσθαι, καὶ οὕτοι αὐτοῦ μήτε διαιρόντας μήτε θεοὺς μήτε μόνας, οὐδεμία μηχανὴ ἔστιν. Nonnullos Intpp. offendit particula οὐ, putantes τοῦ αὐτοῦ in altero enunciati membro ex abundantia repeti; in quo eos videtur refellisse opinio: nam sunt duo enunciata sibi e regione opposita, unum hoc: » eiusdem hominis est et dæmones et Deos credere.» Alterum: » eiusdem

» quoque est et Deos et daemones heroesque esse negare." Praepositae particulae ὅς οὐ ad utrumque enunciatum pertinent. sensus ergo hoc redit: » Nunquam poteris negare, eiusdem hominis esse et daemonia credere et divina, et vicissim eiusdem Deos pariter ac daemones et heroes tollere." Hoc concinit praegressis, ubi Socrates ostendit, si daemones esse credas, sponte sequi ut credas item Deos esse.

p. 57 D: Post verba: ἄλλοι δὲ ἄρα αὐτὰς σίτουσι φθδιας, interrogationis signo videtur distinguendum. Sic δὲ ἄρα in interrogatione saepius adhibetur, veluti Phaed. p. 68 Λ: Φρονήσεως δὲ ἄρα τις τῷ θυτὶ ἐρῶν . . . . ἀγωνιστήσει; Cf. Crito p. 46 D. Ita liberiore constructione post praegressum θτι ὑμεῖς μέν interrogationis infertur: ἄλλοι δὲ ἄρα cett. Pos sis tamen locum etiam sic explicare, ut ἄλλοι δὲ ἄρα — dicas pendere quidem a superiore θτι, sed subaudiendum esse σεσθαι δὲ ὡς, quod e praecedenti μὴ δύνασθαι λογίζεσθαι eliciatur, quemadmodum post negare saepe in altero membro supplendum est dicere. Forsitan utraque interpretatio habeat, quo se commendet, ut lectori optio relinquenda sit. — Supra (B) πεπεισμένος δη̄ ἔγώ μηδένα ἀδικεῖν, videri possit post ἔγώ inserendum esse ἐκάνει εἶναι, ut paulo ante legitur, ne superbius hoc a Socrate dictum videatur. — In seqq. (C), quod iam Heindorfio aliisque visum est, verba τοις ἐνδεκα deberi glossatorum sedulitati, id nobis quoque persuasum est. neque enim in Atheniensium concione mo-

nendum erat , magistratus illos intelligi undecimviros , nec additur mox p. 59 E: ἐν φὶ οἱ ἀρχούτες ἀσχολίαν ἔγουσι; neque magis legitur Criton. p. 44 A: Φασὶ γέ τοι δὴ οἱ τούτου κύριοι. utroque tamen loco iidem illi undecimviri significantur.

Crito p. 45 E: μὴ δόξῃ ἄπαν τὸ πρᾶγμα τὸ περὶ σὲ ἀνανδρίᾳ τῷ τῇ ἡμετέρῳ πεπράχθαι, καὶ οὐ εἰσόδος τῆς δίκης εἰς τὸ δικαστήριον, ὡς εἰσῆλθες, ἐξὸν μὴ εἰσελθεῖν, καὶ cet. Postrema haec verba iure meritoque molestias fecerunt interpretibus ; nam , quamvis recte dicatur οὐ εἰσόδος τῆς δίκης εἰς τὸ δικαστήριον , molestum est sequens ὡς εἰσῆλθες , quod fuerunt qui duorum Codd. auctoritate in εἰσῆλθεν mutari vellent ; atqui hoc ipsum nec per se placet nec admittunt seqq. ἐξὸν μὴ εἰσελθεῖν. quocirca nos quidem , vulgata lectione servata , loco integritatem reddemus mutata interpunctione , commate post δίκης posito : καὶ οὐ εἰσόδος τῆς δίκης, εἰς τὸ δικαστήριον ὡς εἰσῆλθες, ἐξὸν μὴ εἰσελθεῖν , cet. » et » ingressus ad iudicium , quod in ius venisti , » quum liceret non venire , cet.”

p. 47 B: πότερον παυτὸς ἀνδρὸς ἐπαίνοι . . . τὸν νοῦν προσέχει , οὐ cet. videtur corrigendum προσέξει. — In seqq. post τὸν τῶν πολλῶν distinguatur signo interrogandi. — Paulo post p. 48 D: μὴ οὐ δέη ὑπολογίζεσθαι , οὔτ' εἰ ἀποδυνήσκειν δεῖ . . . οὔτε ἀλλο ὅτιον πάσχειν. Forsitan pro οὔτε corrigendum οὔτ' εἰ.

p. 52 D: τοῦτ' αὐτὸν ἀπόκριναι, εἰ δηλΩθῆ λέγομεν, Φάσκουτες σε ὀμολογηκέναι πολιτεύεσθαι καθῆμας ἔργῳ, ἀλλ' οὐ λόγῳ; Postrema haec verba ἀλλ' οὐ λόγῳ videntur esse spuria. Quid enim? num Socrates numquam verbis indicaverit, se velle in Atheniensium republica secundum leges vivere? Videlicet ea apposuisse aliquis, qui meminisset ἔργῳ et λόγῳ saepius inter se opponi; quod tamen non semper fit neque supra p. 51 E: Φαμὲν τοῦτον ὀμολογηκέναι ἔργῳ ἡμῖν cet.

Gorg. p. 449 B: Ἄρ' οὖν ἐθελήσωμεν ἄν . . . . . διατελέσται τὸ μὲν ἔρωτῶν, τὸ δὲ ἀποκρινόμενος, τὸ δὲ μῆκος τῶν λόγων τοῦτο . . . . . ἀποθέσθαι; ἀλλ' ὅπερ ὑποτίχνει, μὴ φεύσῃ cet. Post ἀποθέσθαι in aliquot Codd. interponitur νατ, quod a grammaticis ortum videtur, ut sequentium verborum ἀλλ' ὅπερ cet. rationem explicarent; hoc vero additamento opus non est. Locus explicari debet e familiaris sermonis consuetudine, sive quod Socrates Gorgiam assensum ultro arbitraretur, sive quod hic vultu assensum significaret, velle se longiorem orationem mittere; quo facto Socrates verba illa addit: ἀλλ' ὅπερ cet., monens videlicet ne temere assentiatur, sed stet promissis. Talia passim in Platone occurunt; veluti supra p. 447 C: Εὖ λέγεις, ὁ Καλλίκλεις . . . . . τὴν δὲ ἄλλην ἐπίδειξιν εἰσαῦθεις, ὅπερ σὺ λέγεις, πομπάσθω. Postrema verba putandus est dixisse Socrates ad Chaerephonem subito conversus. hic enim, non

Callicles, dixerat: Φίλος γάρ μοι Γοργίας, ἀστ' ἐπιδειξεται ἡμῖν, εἰ μὲν δοκεῖ, νῦν, ἐκν δὲ βούλη, εἰσ-  
αῦθις (p. 447 B). Paulo post p. 450 C: ἀρ' οὖν μανθάνω οἷαν αὐτὴν βούλει παλεῖν; τάχα δὲ εἰσεμαι  
συφέστερον. ubi post παλεῖν cogitatione supplendum  
est: οὕπω συφῶς μανθάνω. At, ut dixi, huius  
generis permulta in Platone reperiuntur exempla,  
e quotidiani sermonis libertate explicanda, quibus  
Platonicus dialogus ad dramatis rationem proxime  
accedit. Unum nunc addamus locum Cratyl. p. 599  
E, ubi quum Socrates veram et simplicem vocis  
ψυχῆς originationem explicuissest, in media oratione:  
εἰ δὲ βούλει, inquit, ἔχε ἡρέμα. nimirum facile  
animadvertisit, veram rationem prorsus non  
placere Hermogeni, exquisitiorem scilicet et intri-  
caciorem originationem desideranti. Itaque hoc  
videns: » At, o bone, inquit Socr., placido sis  
» animo, quaeso, δοκῶ γάρ μοι τι παθορᾶν πιθανό-  
» τερον cet.”

p. 451 B: εἰ τις με ἔφειτο ..... Ω Σάνχρατες,  
τις ἔστιν ἡ ἀριθμητικὴ τέχνη; εἴποιμι δὲ αὐτῷ .....  
ὅτι τῶν διὰ λόγου τις τὸ κύρος ἔχουσταν. καὶ εἰ με ἐπ-  
ανέφεροιτο. Τῶν περὶ τί; εἴποιμι δὲ, ὅτι τῶν περὶ τὸ  
ἀρτιόν τε καὶ περιττὸν γνῶσαι. Ultima vox, quam  
tamen omnes Codd. magno consensu tuentes, Bek-  
kerio primo suspecta fuit, qui eam uncis inclusit;  
secuti sunt ceteri Itpp. omnes; nobis vero videtur  
aliud vitium loco subesse. Totius loci nexus bene  
attendatur. hoc dicit Socrates: » Si quis me roget,

» quaenam sit ars arithmeticā? respondeam, eam esse  
 » ex illarum artium numero, quae maximam partem  
 » in sermone versantur." Iam si sequatur id quod  
 vulgo legimus: *τῶν περὶ τί;* interlocutor roget: » at  
 » quanam de re agunt illae artes, quae in ser-  
 » mone potissimum versantur?" quod tamen ro-  
 gari non debet nec congruit cum eo quod re-  
 spondetur: *περὶ τὸ ἀρτιόν τε καὶ περιπτόν* est.; hoc  
 enim de sola arithmeticā valet. Quibus rationibus  
 adductus legendum censeo: 'H περὶ τί; εἰποιμ' οὐ  
 δτι ή περὶ τὸ ἀρτιόν τε εετ. Vides igitur haud iniustum  
 locum tenere vocabulum γγῶσι; nec contra Codd.  
 auctoritatem esse delendum. Similiter supra: ή περὶ<sup>1</sup>  
 τί εὐ λόγοις τὸ κύρος ἔχουσα; et infra: 'H περὶ τί; Ce-  
 terum illud τῶν aut mero errore ex praegressi dicti  
 forma exstitit, aut eo, quod ad ή περὶ τί sup-  
 plendum est mente: τῶν διὰ λόγου τὸ κύρος ἔχουσάν. —  
 Eodem modo emendandum est, quod mox legitur  
(D): λέγε δὲ τῶν περὶ τί; ubi pariter τῶν in ή mu-  
tandum, quod summopere laetor etiam Heusdio  
placuisse (Spec. Crit. p. 86).

p. 464 A: οὐκοῦν καὶ τούτων (σάματος καὶ ψυχῆς)  
 οἱει τινὰ εἶναι ἐκατέρου εὐεξίαν; — "Εγώγε. — Τί δὲ;  
 δοκοῦσαν μὲν εὐεξίαν, οὖσαν δοῦ; Qui diligenter hunc  
 locum attenderit, fortasse tecum opinabitur vitium  
 ei subesse. nam, ut nunc se habent, verba ita  
 intelligenda: » Nonne utriusque, animi et corporis,  
 » bonum quendam habitum putas esse? — Puto. —  
 » Quid vero? num talem, qui bonus videatur qui-

» dem , sed non sit?" — Atqui in altero membro rogari hoc debebat: » nonne talem quoque et animi et corporis habitum esse putas , qui vi deatur quidem bonus , sed non sit?" nam est sanitas animi et corporis vera , est quoque ficta et simulata. itaque suspicor excidisse (quod facile propter praecedentia fieri potuit) ante δοκοῦσαν verba : οὐ καὶ , quibus adiectis ea dicentur , quae erant dicenda.

p. 465 A: τέχνην δὲ αὐτὴν οὐ Φημι εἶναι , ἀλλ᾽ ἐμπειρίαν . Έτι οὐκ ἔχει λόγου οὐδένα ἢν προσφέρει , δποι ἄπτα τὴν φύσιν ἐστιν . Sic hodie hic locus legitur ; at vero Codd. fere omnes mirum in modum consentiunt in alia prorsus lectione , quum habeant: δτι οὐκ ἔχει λόγου οὐδένα φ προσφέρει ἢ προσφέρει cet. (nisi quod duo Codd. a Bekkero dicuntur omittere verba ἢ προσφέρει) , quod sane per se bonum sensum non praebet et mendacē habet indicium. Itaque recentiores Edd. omnes , Cornarium secuti , dederunt ea , quae supra apposuimus. at aliud vitium loco subesse debet. nam prorsus non perspicitur , quomodo additamentum tam ineptum scribae addere potuerint , quale inest in verbis ἢ προσφέρει. Evidem arbitror Platonem scriptuisse: δτι οὐκ ἔχει λόγου δοῦναι φ προσφέρει ἢ προσφέρει , quae coniectura , praeterquam quod proxime accedit ad librorum scripturam facileque δοῦναι in οὐδένα corrumpi potuit , confirmatur etiam verbis , quae habentur p. 505 E: ὥσπερ καὶ οἱ ἀλλοι πάντες δη-

μισηργοὶ βλέποντες πρὸς τὸ αὐτὸν ἔργον ἐκάστος . . . . προεφέρει καὶ προεφέρει πρὸς τὸ ἔργον εἰτ. Similiter ἔχει λόγον δοῦναι usurpatum p. 501 A.

p. 478 B: Σ. Τί οὖν τούτων καλλιστέν εστιν ὃν λέγεις; Π. Τίνων λέγεις; Σ. Χρηματιστικῆς, Ιατρικῆς, δίκης. — Polus non locutus erat de iis, ad quae Socrates respicit, χρηματιστικὴν, ιατρικὴν, δίκην. itaque Bekker. verba ὃν λέγεις delenda censuit sine Codd. suffragio, quippe ex seqq. τίνων λέγεις orta putans. Heind. tamen pro iis substituendum putabat: ὃ Πᾶλιν, propterea quod in Bodl. 2. reperiatur: ὃ λέγω. atqui hoc ipsum facit ut reponendum potius iudicemus: ὃν λέγω, quod ut scribatur suadet etiam sequens Poli interrogatio: τίνων λέγεις. Paulo ante h. l. p. 477 E: animadvertisatur elegans verborum structura, qua post verba τίς δὲ (τέχνη ἀπαλλάσσει) ποιητὰς καὶ ἀδικίας; missa interrogatione Socrates, intelligens Polum nondum ipsius sententiam capere, ita pergit: εἰ μὴ οὕτως εὑπορεῖς, ὃδε σκόπει cet., cum quo loco componatur Cratyl. p. 422 D: τὰ δὲ δὴ πρῶτα, οἷς οὕτω ἔτερα ὑποκείται, τίνι τρόπῳ . . . . Φανερὰ ἡμῖν ποιήται τὰ ὅντα, εἴπερ μέλλει ἐνδικτα εἶναι; Ἀπόμριναι δέ μοι τοῦτο cet. — Haec et similia, quae passim occurunt, explicanda sunt ex illa familiaris sermonis imitatione, de qua supra monuimus p. 44 sq.

p. 485 E. Olim h. l. legebatur: ἐν ἡμεῖς τί-  
θέμεθα, πλάττοντες τοὺς βελτίστους καὶ ἐργαμενεστά-  
τους ἡμῶν αὐτῶν, ἐν νέων λαμβάνοντες διπερ λέοντας

καὶ πατεπόδοντες cet., quae lectio quum merito displiceret, certatim Hipp. locum coniecturis tentarunt, quibus nostram nobis addere liceat, quae minime omnium a Codd. vestigiis videtur recedere. Scribatur: ἡμῶν αὐτῶν ἐκ νέων λαμβάνοντες, καὶ ὕστερ λέοντας πατεπόδοντες . . . . παταδουλούμεθν. — καὶ aliena sede collocatum; iungendum vero πλάττοντες τοὺς βελτίστους . . . . ἐκ νέων λαμβάνοντες. participia sic saepius sine copula iunguntur. Cf. Symp. p. 181 D; Phaedo. p. 70 A al. — Ad sententiam cf. Legg. II. p. 671 B, ubi τὸ πλάττειν τὰς ψυχὰς dicitur optime fieri in iuventute, et praeclarus locus Legg. VI. p. 765 E.

p. 486 C: πρηγμάτων δὲ εὑρουσίαν ἔσται, καὶ ἔσται ὁπόθεν δοξεῖς Φρονεῖν. Concinnior erit oratio, deletis verbis καὶ ἔσται, tanquam temere repetitis. sane illa ἔσται ὁπόθεν δοξεῖς Φρονεῖν idem rursus significare debent, quod iam dixit: ἔσται πρηγμάτων εὑρουσίαν. — In seqq. notentur verba p. 489 B: οὗτοι ἀνὴρ οὐ παύσεται φλυαρᾶν; Venustum eundemque exquisitum usum pronom. οὗτος cum tertia verbi persona pro σύ, copia exemplorum illustravit Heusd. Spec. Crit. p. 5 seqq. Rarius idem ponitur pro pron. primae pers., praesertim apud tragicos et comedicos, veluti his locis Aristoph. Acharn. v. 111 (Dind.): ἀγὲ δὴ σὺ φράσου ἐμοὶ ταφῆς πρὸς τουτού (i. e. πρὸς ἐμέ); ubi simul notetur mutata structura (ἐμοὶ, πρὸς τουτού). Ibid. v. 129: Ἄλλ' Ἀμφίθεος μοι ποῦ στιγμή;

Αρφ. ούτοσὶ πάρα h. e. hic ego sum. Ran. v. 49: ἡ τριπλακοδαίμων ἄρ' ὁ τράχυλος ούτοσι! h. e. ἔμοι. simili fere usu ὅδι legitur Acharn. v. 294: ἀλλ' ἐγώ λέγων ὅδι. Non multum ab his discrepat ille usus, quo pro ἐγώ ponitur nomen proprium: Plato Euthyphr. p. 5 Α: οὐδὲν γὰρ ἂν μου ὄφελος εἴη.... οὐδέ τῷ ἀν δικφέροι Εὐθύφρων (h. e. δικφέροιμι ἐγώ) τῶν πολλῶν ἀπεράπων; ubi similia collegerunt Itpp.

p. 492 C: πῶς οὐκ ἀν ἀθλοῖ γεγονότες εἴησαν ὑπὸ τοῦ καλοῦ τοῦ τῆς δικαιοσύνης cet. — τὸ καλὸν illud τῆς δικαιοσύνης h. l. non satis definitum est. Callicles respicit Socratis, quem ridet, doctrinam de iustitia verae felicitatis fonte. Evidem malim pro altero τοῦ legere τούτου; nam, quod notissimum est, in hoc pron. inest contemtionis et irrisio significatio: »Qui non miseri fierent pulchra ista iustitia, quam tu scilicet tanta laude effers?»

p. 500 B: Hic locus videtur scribarum culpa turbatus esse, leni transpositione sic resingendus: καὶ ἐτίθην τῶν μὲν περὶ τὰς ἥδενάς τὰς κατὰ τὸ σῶμα τὴν μαγειρικὴν ἐμπειρίαν cet.; ita, inserto τάς, verba κατὰ τὸ σῶμα iustum locum occupabunt, neque ea aut uncinis includantur aut prorsus deleantur necesse est, quod recentioribus Edd. placuit; quod vero in uno altero Cod. non reperiantur, hoc inde factum, quod ipsos librarios ita posita offenderent. non tamen obscurum est, cur addantur. nam in superioribus p. 464 seqq., Socrates locutus erat tam de artibus, quae ad corporis curam

pertinebant, γυμναστικήν dico et λατρικήν, quaeque iis oppositac sunt ὀψεποικήν et κομμωτικήν, quam de artibus, quae ad reipublicae curam spectabant, διπλαισύνην significo et πολιτικήν, et quae earum tantum speciem prae se ferebant, ἐπτερικήν et σοφιστικήν.

*Euthyphro.* In parvo hoc dialogo unum tantum locum tangemus. p. 7 A: Οὐχ οὔτως; — Εὖθ. Οὕτω μὲν οὖν. — Σωκρ. Καὶ εὖ γε Φαίνεται εἰρήσθαι. — Εὖθ. Δοκῶ, ὡς Σώκρατες. εἴρηται γάρ. — Ultima haec verba: εἴρηται γάρ, merito offensioni fuerunt omnibus fere Itpp. nam aut e superioribus ad ea repetendum est εὖ, quo facto bis idem diceret Euthyphro, quum ad δοκῶ item cogitatione supplendum sit: εὖ εἰρήσθαι, aut arctius eadem cum proximis necienda, ut sit: δοκῶ εὖ εἰρήσθαι εἴρηται γάρ, qua responsione nullam facile absurdiorem reperiri iudicat Heusdius. itaque ille, transpositione facta, locum ita resingit, ut optime quidem omnia concinere, nimis vero fortasse a Codd. scriptura recedi videatur. Itaque vide an vel verba εἴρηται γάρ prorsus delenda sint, utpote ex iisdem, quae mox sequuntur, temere repetita, vel scribendum sit: οὐχ οὔτως; — Οὕτω μὲν οὖν εἴρηται. — Καὶ εὖ γε Φαίνεται εἰρήσθαι. — Δοκῶ, ὡς Σώκρατες. — Ne vero quis miretur, quod videatur Socrates hic probare Euthyphronis sententiam, quam deinde op-pugnat, particula εὖ non vacat ironia, quae pari-

ter inest in verbis, quibus Socrates utitur p. 13 A:  
καὶ καλῶς γέ μοι, ἀ Εὐθύφρον, Φαίνει λέγειν.

Meno p. 71 Δ: ὥσπερ αὐχιδὸς τις τῆς σοφίας γέγονε, παὶ κινδυνεύει ἐκ τῶνδες τῶν τόπων παρ' ὑμᾶς σίχεσθαι ἡ σοφία. Male, opinor, Baiterus in novissima editione Turicensi verba ἡ σοφία deleri voluit; poterant sane abesse, sed talis redundantia haud infrequens est nec vi sua h. l. caret. festive enim Socrates simulat sapientiam iam Athenis in Thessaliam migrasse, quae festivitas hac ipsa repetitione maxime augetur. Sed, quod dixi, talem orationis redundantiam in Platone haud esse infrequentem, placet uberioris aliquanto expondere. Veluti in hoc ipso dialogo paulo post p. 71 Ε: εἰ βούλει ἀνδρὸς ἀρετῆν, ἐψίσιν, ὅτι αὕτη ἔστιν ἀνδρὸς ἀρετή cet. p. 77 Δ: πότερον ἡγούμενος τὰ καὶ οὐδὲ φεγγεῖν ..... ἡ γιγνώσκων τὰ καὶ οὐδὲ ὅτι βλάπτει. utroque loco verba ἀνδρὸς ἀρετῆ, τὰ καὶ οὐδὲ poterant abesse. Non dissimilis nostro loco est Protag. p. 552 C: ἀρ' οὖν παὶ σὸν ταιοῦτον τι περὶ αὐτῆς (sc. τῆς ἐπιστήμης) δοκεῖ, ἡ καὶ λύ τε εἶναι ἡ ἐπιστήμη παὶ οἴον ἔρχειν cet. Laches p. 194 Λ: Ἰα παὶ μὴ ἡμῶν αὐτὴν ἡ ἀνδρεία παταγελάσῃ, ὅτι οὐκ ἀνδρείως αὐτὴν ξυτοῦμεν, εἰ ἄρα πολλάκις αὐτὴν ἡ παρτέρησίς ἔστιν ἀνδρεία, ubi Heusdius alterum ἀνδρεῖα delendum censuit; sed fortasse transponendo scribendum est αὐτὴν ἡ ἀνδρεία ἔστιν παρτέρησις. Charmid. p. 166 Β: τοῦτο ἔστιν ἐκεῖνο ..... ἐπ' αὐτὸν ἤκεις ἔρευνῶν, ὅτῳ δικφέρει

πασῶν τὰν ἐπιστημῶν ἡ σωφροσύνη. ubi v. ἡ σωφροσύνη facile poterat abesse, sed perspicuitatis gratia adiicitur. Idem obtinet paulo post p. 170 E: οὐδὲ περὶ ἵατρικῆς ἄρα οἶδεν ὁ ἱατρινός, ἐπειδὴ περὶ ἡ ἵατρικὴ ἐπιστήμην οὐσα τυγχάνει. cf. Cratyl. p. 395 C: καὶ ἔσπεν Ἐλληνικοῖς ταῦτα τὰ δυόμιστα — δὲ γὰρ ἀναξ καὶ δέκτωρ σχεδόν τι ταῦτὸν σημαίνει — βασιλικὰ ἀμφότερα εἴναι τὰ δυόμιστα (nam sic hic locus cum Edd. Turicensibus constituendus videtur. cf. p. 400 D). Ex his locis omnibus, quibus multi addi possent, satis appareat, Platonem, quo facilior fueret oratio, quoque similior esset familiari sermoni, haud fugisse verborum quandam redundantiam. quid quod frequentiore hac eiusdem vocabuli repetitione non-numquam durior videatur fieri oratio; veluti Euthyd. p. 278 Α: ὅταν τις ἐξ ἀρχῆς μιδεμίαν ἔχων ἐπιστήμην περὶ πράγματος τίνος ἐπειτα ὑστερον αὐτοῦ λαμβάνῃ τὴν ἐπιστήμην, καλοῦσι δὲ ταῦτα τοῦτο καὶ ἐπειδὴν ἔχων ἥδη τὴν ἐπιστήμην ταῦτη τῇ ἐπιστήμῃ ταῦτὸν τοῦτο πρᾶγμα ἐπισκοπεῖ cet. — Similiter subinde verba repetuntur, ubi nullo perspicuitatis damno poterant abesse; e. g. Hipp. Maior p. 284 E: οὐκοῦν ἔστι τε καὶ ἔχει οὔτως, ὃς οἱ εἰδότες ἡγούνται. Gorg. p. 459 C: εἰ μὲν ἐλαττοῦται ἡ μὴ ἐλαττοῦται ὁ δῆτωρ cet. Lysis p. 213 C: ὅταν ἡ μὴ φιλοῦν τις φιλῇ ἡ καὶ μισοῦν φιλῇ πολλάκις δὲ . . . . ὅταν ἡ μὴ μισοῦν τις μισῇ (nam hoc restituendum pro vulgato φιλῇ) ἡ καὶ φιλοῦν μισῇ. Cratyl. p. 423 B: ὄνομα ἄρα ἔστι μίμημα φανῆς ἐκείνου, ὃ μιμεῖται καὶ ὄνομάζει

οἱ μιμούμενοι τῇ Φωνῇ, ὅταν μιμῆται. (vulgo ὁ  
ἄν, quod correxit Heind.) Paulo alia est ratio loci,  
qui legitur Charm. p. 163 A: ἐγὼ γάρ που, οὐδὲ οὐ,  
τοῦτο ὀμολόγηκα ..... οὐ τοὺς ποιῶντας ὀμολό-  
γησα; hic animadvertenda est permutatio tempo-  
rum, cuius alterum exemplum Morgensternius af-  
fert eiusdem dialogi p. 172 D. Hinc liquet Stall-  
baumium nullo iure de fraude suspectum habuisse  
Ionis initium: Τί οὖν; ήγωνιζού τι ήμεν; οὐδὲ ποὺς  
ήγωνισα; — Quoniam vero semel versamur in  
explicanda hac redundantia, qua Platonis in pri-  
mis oratio est conspicua, addere hic liceat alias  
locos, ubi eadem non in singulis verbis, sed in  
toto orationis habitu cernitur. Haec sententiarum  
repetitio habetur e. g. Menon. p. 96 E: οὐδὲ τοὺς  
ἀγαθοὺς ἀνδρας δεῖ ὀφελίμους εἶναι, δρόσως ὀμοιογή-  
καμεν τοῦτο γε, οὐδὲ οὐκ ἀλλως ἔχοι; verba illa,  
quae sunt οὐδὲ οὐκ ἀλλως ἔχοι, omitti poterant.  
Ibid. p. 95 A: τοῦτο γάρ ἔστι περὶ οὗ ὁ λόγος  
ήμεν τυγχάνει ἄν, οὐκ εἰ εἰστὶν ἀγαθοὶ οὐ μὴ ἀνδρες  
ἔνθαδε, οὐδὲ εἰ γεγόνησιν ἐν τῷ προσθέν, ἀλλ' εἰ δι-  
δοκτὸν ἔστιν ἀρετὴ πάλαι σκοποῦμεν. leniter fluit ora-  
tio additis verbis πάλαι σκοποῦμεν. Exempla haec  
sunt ex eo genere, ubi altera enunciationis pars  
iteratur, semel ab initio, semel in fine locata. plu-  
ra sunt huiusmodi in Tragicis, Oratoribus, aliis,  
in quibus subinde haeserunt Itpp. nos Platonica  
quaedam praeterea adnotabimus. Euthyphro p. 5  
E: ἐπει, οὐδὲ Σάκρατες, Σέαραι, οὐδὲ οὐδὲ


τεκμήριον τοῦ νόμου ὅτι οὕτως ἔχει, ὃ καὶ ἄλλοις ἡδη εἴπον, ὅτι ταῦτα ὁρθῶς ἀν εἴη οὕτω γιγνόμενα, μὴ ἐπιτρέπειν cet., ubi verba: ὅτι ταῦτα ὁρθῶς ἀν εἴη οὕτω γιγνόμενα eleganter repetuntur e superioribus τοῦ νόμου ὅτι οὕτως ἔχει. Laches p. 185 A: οὐέων γάρ που η ἡρῷοτάνη η τάνακτία γενομένων, καὶ πᾶς ὁ σῖκος ὁ τοῦ πατρὸς οὕτως οἰκήσεται, ὅποῖοι ἀν τινες οἱ παιδεῖς γένωνται. dictum hoc: ὅποῖοι ἀν τινες οἱ παιδεῖς γένωνται iteratur e praegresso οὐέων γάρ που.... γενομένων. Cf. Phaedo p. 67 E: εἰ γάρ διαβέβληται μὲν πανταχῇ τῷ σώματι, καύτην δὲ παρ' αὐτῆν ἐπιθυμοῦσι τὴν ψυχὴν ἔχειν, τούτου δὲ γιγνομένου εἰ Φοβοῦντο καὶ ἀγανακτοῦν, οὐ πολλὴ ἀν ἀλογίᾳ εἴη, εἰ μὴ ἀσμενοὶ ἐκεῖσε τίσουν, οἱ ἀφικομένοις ἐλπίς ἔστιν οὐ διὰ βίου ἡρων τυχεῖν. Meno p. 85 C: τῷ οὐκ εἶδότι ἥρκ περὶ ἣν ἀν μὴ εἶδῃ ἔνεισιν ἀληθεῖς δέξαι περὶ τούτων ἣν οὐκ οἶδε. E locis allatis patet, ultima haec verba περὶ τούτων ἣν οὐκ οἶδε iniuria in glossematis suspicionem vocasse Schleiermacherum et Beckerum. —

p. 85 A: οὐκοῦν ἔστιν αὗτη γραμμὴ ἐν γωνίᾳ εἰς γωνίαν τιὰ τέμνουσα δίχα ἐπιστού τούτων τῶν χωρίων; Inde a pag. 82 B legitur nobilissimus ille locus, quo Socrates Platonicus docet, quomodo notiones geometricae, quae hominum animis, imperitissimorum etiam, involutae sunt, apta ratione ex iis elici possint. in quo loco constituen- do et explicando tot et talium virorum versata est industria ac doctrina, ut fere temerarium videatur,


nova addere velle. nos vero de totius loci consilio atque ratione nihil dicemus, unice vero hic illic vulgatam lectionem, modo recte explicetur, tuebimur eaque afferemus, quae eius explicationem faciliorem reddant; veluti in verbis, quae supra adscriptimus, omnes Itpp. offendit pron. τινά, quod alii aliter mutarunt; aut enim γραμμή ή . . . . τείνει scribendum censuerunt, aut τελευτα, aut διατέμνωσι, aut prorsus eiacerunt. nobis vero videmur recte illud posse tueri; Socrates enim, dum docet, simul putandus est in pulvere descriptissime figuram, qualem hic appinximus. Itaque quum

D      d      C      maius illud quadratum ABCD  
 a      |      |      e quatuor illis minoribus compo-  
 |      |      |      posuisset, ita pergit, inter  
 b      |      |      loquendum simul ducens lineas  
 B      » Nonne, inquit, linea quae  
 » ex angulo in aliud quendam angulum tenditur  
 (interea ostendens ex angulo a, exempli gratia posse  
 lineas duci ad d vel b, item ex angulo b ad a et  
 c, pariter e reliquis angulis. qua ratione pron. τινά  
 apte defendi potest) in duas partes aequales di-  
 » vidit singula quadrata?" quod quum dixisset,  
 ductis lineis transversis, in seqq. ostendit, exsis-  
 tere sic quadratum abcd, quod sit dimidium  
 maioris illius ABCD.

Obscurissimus in hac parte dialogi est locus qui exstat  
 p. 87 A: λέγω δὲ τὸ ἐξ ὑποθέσεως ἄδε, ἀσπερ οἱ



γεωμέτραι πολλάκις συπούνται, ἐπειδάν τις ἔργται αὐτούς, οἷον περὶ χωρίου, εἰ οὖν τε εἰς τὸνδε τὸν κύκλον τόδε τὸ χωρίου τρίγωνον ἐνταῦθηναι, εἴποι ἂν τις δὲ Οὔπω οἶδα, εἰ ἔστι τοῦτο τοιοῦτον, ἀλλὰ ὡσπερ μέν τινα ὑπόθεσιν προύργου οἶμαι ἔχειν πρὸς τὸ πρᾶγμα τοιάνδε· εἰ μέν ἔστι τοῦτο τὸ χωρίου τοιοῦτον, οἷον παρὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτοῦ γραμμὴν παρατείνουν ἐλλείπειν τοιούτῳ χωρίῳ, οἷον ἂν αὐτὸς τὸ παρατεταμένου ἦ, ἀλλο τι συμβαίνειν μοι δοκεῖ, καὶ ἀλλο αὖ, εἰ ἀδύνατόν ἔστι ταῦτα παθεῖν. Totum locum difficillimum descripsimus, in quo cum Stallb. pro eo quod vulgo legebatur παρατείναντα dedimus παρατείνου neutra significatione ad χωρίου referendum, quia ἐλλείπειν hoc sensu active usitatum non est; cum eodem tamen non possum rem ita mihi informare, ut putem Socratem hic iocose loqui omniaque composita esse ad ludificandum Menonem; nam quum illustrari debeat, quid sit τὸ ἐξ ὑπόθεσεως λέγειν, non est hic iocandi locus. Socrates autem putandus



C est explicationem suam dare ope illius figurae, quam in pulvere descripserat, iuxta quam circulum describit radio, qui esset aequalis, opinor, basi quadrati ex. gr. Aboa, ut fecimus in illis figuris, quas hic rursus descripsimus. Quaeritur, num quadratum e. g. Aboa in triangulum redactum (ita verba εἰ δὲ τε . . . .

*ἐντεθῆναι* intelligi debent) possit inscribi in dato illo circulo; porro nomen τεῦτο τὸ χωρόν non de quadrato accipi debet (quo facto difficillima sane est loci explicatio), sed ad triangulum referatur; ergo universe vertas *aream* sive *spatium*. Iam vero si quaeritur, num triangulum illud, in quod mutatum sit quadratum, in circulo dato inscribi possit, haec ὑπόθεσις esse debet, ut basis eius longitudine non superet circuli diametrum. Itaque hoc dicit Socrates: » Nondum, inquit, scio, num « illud quadratum in triangulum redactum in cir- « culo inscribi possit” (innumera enim triangula pingi possunt, quae magnitudine aequant quadratum Aboa); » sed, ita pergit, hanc ὑπόθεσιν assuma- « mus: si illud triangulum ejusmodi est, ut iuxta « *datam* eius basin (dari enim basis debet, quae « in circulo delineari possit) se extendens minus « sit tali spatio (sive illo segmento circuli, ut mathematici loquuntur, quod ducta linea oritur), « neque extra circuli peripheriam emineat, qua- « lecumque demum sit ipsum illud triangulum” (nam plura eiusdem magnitudinis sed diversae figurae describi possunt), etc. Credo Socratem baculo suo significasse triangula, quae in maiore quadrato conspiciuntur, abc, adc.

His igitur ita explicatis, difficultates remotae videntur. Apparet autem, Platonem paullo obscurius esse locutum, quod ipsum tamen inde excusat, quod praesentem animo habebat illam fi-

guram, quam Socratem modo descriptsse finxerat.

Mox (B) in verbis: εἰ τοῖς τι ἔστι τὰν περὶ τὴν ψυχὴν ἔνταν ἀρετή, διδακτὸν ἂν εἴη η̄ σὺ διδακτόν; ne quis cum Schleiermachero requirat, ut post verba τι ἔστι inseratur η̄ σὺν ἔστι, hic est verborum sensus: » qualis debet esse virtus, ut doceri possit » aut non possit? » h. e.: qualis debet esse, ut » doceri possit, qualis, ut doceri non possit? » —

Hipp. Maior. p. 282 E: ἀφικόμενος δέ ποτε εἰς Σικελίαν, Πρωταγόρου αὐτόθι ἐπιδημοῦντος καὶ εὑδαιμοῦντος καὶ πρεσβυτέρου ἔντος καὶ πόλιν νεώτερος ἦν . . . . εἰργασάμην. Offendit Buttmannum partie καὶ, verba καὶ πέλῳ iungentem cum seq. νεώτερος; item Stallb. Quod si καὶ πέλῳ retinetur, melius eadem cum praegressis πρεσβυτέρου ἔντος copulantur: » natu maior et quidem multo.” Sed vel sic tamen inconcina est oratio et impedita; quare malim inverso ordine legere πέλῳ καὶ, ad sequens νεώτερος referendum. nam καὶ passim postponitur verbo illi ad quod refertur: Soph. p. 218 A: ἅρα τοινῦ οὕτω καὶ cet; Symp. p. 177 B: τοῦτο μὲν ἤτοι καὶ θαυματόν, ad quem locum exemplorum copiam attulerunt Itpp.

p. 288 A. "Ιδι μοι, ὁ Σάκορετες, ἀπόκριναι· ταῦτα πάντα, ὁ Φῆς καλὰ εἶναι, εἰ τι ἔστιν αὐτὸ τὸ καλόν, ταῦτ' ἂν εἴη καλά; Ἐγὼ δὲ ἐρῶ, ὅτι, εἰ παρθένος καλὴ καλόν ἔστι, δι' ὃ ταῦτ' ἂν εἴη καλά.

Plerosque Itpp. posterior huius loci pars offendit; nobis videtur, mutata interpunctione, scribendum: εἰ παρθένος καλὴ καλόν, ἔστι διὸ ταῦτ’ ἀν εἴη καλό. Respicit Socrates ad Hippiae responsum: παρθένος καλὴ καλόν (p. 217 E).

p. 289 A: ὡς ἄρα πιθήκων δὲ καλλιστος αἰσχρὸς ἄλλῳ γένει συμβάλλειν cet. Offensioni Itpp. fuit v. ἄλλῳ, quod nimis fluctuet sententia, si simia universe cum alio genere comparetur, in seqq. vero certa genera proferantur. itaque alii alia tentarunt; Bekkerus voluit ἀνθρώπων. at stare tamen videtur posse vulg. lectio: nempe ad ἄλλῳ γένει facile mente suppleris ζῶαν, ut simia pulcherrima dicatur deformis, si cum alio quovis animantium genere comparetur. nam simia pro turpissimo animali habita, unde X Reip. p. 620 C Thersitae animus, qui αἰσχιστος ἀνὴρ ὑπὸ "Ιδιον θλίθε, in Orco dicitur simiam induisse; et in hoc dialogo paulo inferius legitur hominem simiam i. e. turpissimum animal videri, si ad Deum pulchritudine comparetur.

In seqq. p. 291 A: ὥστ' ἐμοὶ δοκεῖ τὴν συκίνην ἦμᾶς μᾶλλου φάγαι πρέπειν ἢ τὴν χρυσῆν, εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις. Attendatur exquisita haec dictio εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις, qua Socrates apud Platonem urbanitate quadam solet uti in rebus, quae aut per se clarae sunt, aut quas veras esse ipse satis iam demonstraverat, quasi illius demum comprobatione, quocum loquitur, certo statui possent. Gorg. p. 462 C: ἐμπειρίᾳ ἄρα τοι δοκεῖ ἢ ῥητορικὴ εἶναι;

Σωκ. Ἐμοιγε, εἰ μή τι τὸν ἄλλο λέγεις. Ibid. p. 513  
 C: τῷ αὐτῶν γὰρ οἵδει λεγομένων τῶν λόγων ἐκαστοι  
 χαίρουσι, τῷ δὲ ἀλλοτρίῳ ἀχθονται. εἰ μή τι τὸν ἄλλο  
 λέγεις. — Lepide pro σύ nomen eius, quocum  
 Socrates loquitur, ponitur Theaet. p. 183 C: ἐπι-  
 στήμην τε αἰσθησιν οὐ συγχωρησόμεθα πατέρες τὴν τοῦ  
 πάντα κινεῖσθαι μέθοδον, εἰ μή τι πως ἄλλως Θεαίτη-  
 τος ὅδε λέγει — Pari modo usurpatur εἰ ἀποδέχει  
 τοῦτο; Charm. p. 165 D: τὴν γὰρ ὑγείαν παλὲν  
 ἡμῖν ἔργον ἀπεργάζεται, εἰ ἀποδέχει τοῦτο; — Ἀπο-  
 δέχομαι.

p. 294 A. Postquam Hippias varias eius, quid  
 sit pulchrum, definitiones proposuit, quas omnes  
 Socrates facili negotio demonstravit esse falsas et  
 ridiculas, hic iam ipse novam proponit, quaerens  
 num forte pulchrum sit τὸ πρέπον. De more suo Hip-  
 pius statim hanc amplectitur sententiam, pulchrum  
 nihil aliud esse quam τὸ πρέπον. Videamus, in-  
 quirit ille: τὸ πρέπον ἄρι τοῦτο λέγομεν, ὃ παραγε-  
 νόμενον ποιεῖ ἐκαστα Φαίνεσθαι παλᾶ τούτων, οἷς ἂν  
 παρῇ, οὐ οὖν ποιεῖ, οὐ σύδέτερα τούτων; — Π. Ἐμοιγε δοκεῖ. ΣΩ. Πότερα ὃ ποιεῖ Φαίνεσθαι πα-  
 λᾶ . . . . Φαίνεται; cet. Locus hic ab Itpp. perob-  
 scurus dicitur et impeditus, quoniam ad illud Hip-  
 piac responsum nihil aliud videatur suppleri posse,  
 quam σύδέτερα τούτων, et tamen in seqq. Socrates  
 docere instituat, neutrum horum neque ὃ ποιεῖ  
 ἐκαστα Φαίνεσθαι παλᾶ περι τοιούτην παλᾶ, esse τὸ  
 πρέπον: ergo supervacuam esse hanc demonstrationem

quando Hippias ipse iam concessisset, quod demonstratum iret Socrates. Itaque Heind. et Stallb. locum ita refingendum duxerunt, ut prorsus dilacerarent. Evidem conieceram aliquando pro  $\delta\omega\delta\epsilon\tau\epsilon\rho\alpha\tau\omega\tau\alpha\omega$  τούτων scribendum esse  $\eta\ \delta\mu\phi\delta\tau\epsilon\rho\alpha\tau\omega\tau\alpha\omega$ . Verum nunc, re diligentius perpensa, videtur locus salvus esse et interpretatione magis indigere quam emendatione. Nempe  $\xi\mu\sigma\gamma\epsilon\ \delta\omega\delta\epsilon\tau\epsilon$  universe habet vim affirmandi, et ad priorem partem interrogationis potius, quam ad posteriorem referendum est. ergo Hippias dicit, non  $\delta\omega\delta\epsilon\tau\epsilon\rho\alpha\tau\omega\tau\alpha\omega$  τούτων sibi verum videri, sed contrarium, sc. alterutrum horum, vel  $\delta\ \pi\omega\epsilon\tau\phi\alpha\lambda\epsilon\sigma\theta\omega\tau\alpha\omega$  καλά vel  $\delta\ \pi\omega\epsilon\tau\phi\alpha\lambda\epsilon\sigma\theta\omega\tau\alpha\omega$  εἴναι. Iam Socrates haec persegitur singula, ut primum inquirat num pulchrum sit  $\tau\delta\ \pi\phi\epsilon\pi\omega\tau\alpha\omega$  illud  $\delta\ \pi\omega\epsilon\tau\phi\alpha\lambda\epsilon\sigma\theta\omega\tau\alpha\omega$  καλά; deinceps debebat sequi  $\eta\ \delta\ \pi\omega\epsilon\tau\phi\alpha\lambda\epsilon\sigma\theta\omega\tau\alpha\omega$  καλά; sed ob longiorem intercapedinem verborum, quibus probavit non posse esse  $\tau\delta\ \pi\phi\epsilon\pi\omega\tau\alpha\omega$  πρέπον id quod faciat ut res videantur pulchrae neque tamen sint, quasi oblitus eorum quae initio dixisset, alterum illud membrum ita extulit:  $\tau\delta\ \delta\epsilon\ \pi\omega\epsilon\tau\phi\alpha\lambda\epsilon\sigma\theta\omega\tau\alpha\omega$  εἴναι καλά, Έπερ νῦν δὴ εἴπον cet. (C). Non magis Stallbaumio assentimur post  $\pi\omega\lambda\lambda\omega\tau\alpha\omega\phi\alpha\lambda\epsilon\sigma\theta\omega\tau\alpha\omega$  inserendum esse *vul.* Cf. quae ad Gorg. p. 449 B annotavimus. Itaque totius loci vulgatam lectiōnem retinendam arbitror.

*Cratylus p. 384 D: καὶ ἀν αὐθίς γε ἔτερον μετα-  
σηται, ἐκεῖνο δὲ μηκέτι καλῶ. οὐδὲν ἤττον τὸ οὔτερον*

δρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου, ὥσπερ τοῖς σικέταις ἡμεῖς μετατιθέμεθα, οὐδὲν ἦττον τοῦτ' εἶναι δρθὸν τὸ μετατεθὲν τοῦ πρότερου κειμένου. Sic hic locus in Codd. sere legitur, nisi quod in veteribus editionibus, e Codd. expressis, priora illa οὐδὲν ἦττον . . . προτέρου omittuntur, quorum locum tenet alterum membrum: οὐδὲν ἦττον . . . κειμένου; atque in hanc sere sententiam disputarunt Itpp., ut illud delendum censerent. Et vero iure meritoque offendit inepta tautologia. nam quod Heind. voluit ὥσπερ superioribus ἀτυνδέτως esse adiunctum, ut possum sit pro: ὥσπερ γὰρ τοῖς σικέταις cet. (quod sane saepius fit: Reip. I. III p. 445 D; Phaed. p. 61 A; al.), admodum tamen languet oratio. mihi certe videtur antiquitus διττογραφία exstisset, ut quidam libri haberent prius illud οὐδὲν ἦττον . . . προτέρου; alii posterius οὐδὲν ἦττον . . . κειμένου; e quibus hoc verum videtur, ut locus sic scribatur: καλῇ, ὥσπερ τοῖς σικέταις ἡμεῖς μετατιθέμεθα, οὐδὲν ἦττον τοῦτ' εἶναι δρθὸν . . . κειμένου. Video nunc, in eandem sententiam devenisse Baiterum quoque in nupera edit. Turicensi.

Paulo inferius p. 585 D mallem, interiecta particula δὲ legi: "Ο δ ἀν ἄρα ἐκάστος Φῇ τῷ ἔνορῳ εἶναι, τοῦτό ἐστιν ἐκάστῳ ἔνορῳ. optimus Cod. Bodl. habet δ ἐὰν ἄρα cet. Causa, cur particula adiicienda videtur, est quod verba haec non e praegressis illis "Ἐστιν ἄρα ἔνορα cet. consequuntur. sed iis respicitur ad Hermogenis placitum (p. 585

E seqq.), tale nomen cuique rei esse, quale ab aliquo datum sit.

p. 586 C: οἶν τε οὖν ἔστιν, εἰ Πρωταγόρας.....

"Ἔστι ταῦτα. Puto hunc locum librariorum culpa esse turbatum. mirum certe accidit, quod ex eo, quod Hermogenes concederat, esse homines sapientes et insipientes, continuo concludatur, hoc verum esse non posse si probetur Protagorae sententia, tales esse res, quales cuique videantur. nam primum demonstrari debuit, probato Protagorae placito, nullum hominem posse superare alterum prudentia sed omnes aequa sapere. Quocirca, transpositione facta, locum sic refingendum puto, ut post Hermogenis verba, ἐμοὶγε δοκεῖ οὕτως, continuo ponatur hoc Socratis dictum: καὶ ταῦτά γε, ὃς ἐγώμαι, τοὶ πάνυ δοκεῖ..... ἔσται, tum Hermogenis responsum: "Ἔστι ταῦτα; deinceps sequatur illud Socratis: Οἶν τε οὖν ἔστιν ..... ἀφρονας, et Hermogenis responsum: Οὐ δῆτα. Hac conjectura probata bene se habebit argumentatio. Praeterea enunciatis sic transpositis concinne demum cohaerent colloquentium verba, siquidem Hermogenis affirmationi ἐμοὶγε δοκεῖ οὕτως manifesto respondent haec Socratis dicta: καὶ ταῦτά γε..... τοὶ πάνυ δοκεῖ..... ἔσται, et mox illius negationi Οὐ δῆτα huius rursus quadrat dictum. Άλλὰ μὴν οὐδὲ cet.

p. 595 A: Κινδυνεύει γὰρ τοιοῦτός τις εἶναι δὲ Ἀγαμέμνων, οἷος ἂγδεξειν αὐτῷ δικτυεῖσθαι καὶ ωρτεῖν, τέλος ἐπιτίθεις τοῖς δόξασι δὲ ἀρετήν. σημεῖον

δ' αὐτοῦ ἡ ἐν Τροίᾳ μονὴ τοῦ πλήθους τε καὶ καρτερία. Posterior pars horum verborum quin corrupta sit dubitari nequit. in vulnere tamen sanando abierunt in diversas partes Itpp., e quibus Stephanus invitatis libris dedit: αὐτῷ τῆς καρτερίας ἡ ἐν Τροίᾳ μονὴ μετὰ τόπου πλήθους, sed nimis audax videtur fuisse. Mihi autem locum attente perlegenti videtur pro v. πλήθους requiri vox, quae respondeat praegresso διαπονεῖσθαι, sicut καρτερίας respondet τῷ καρτερεῖν. Quocirca scribendum coniicio: σημεῖον δ' αὐτοῦ ἡ ἐν Τροίᾳ μονὴ τοῦ πόνου τε καὶ καρτερίας: quamquam fortasse aliud nomen excogitari possit, quod magis etiam conveniat cum verbo διαπονεῖσθαι, i. e. laborando perficere, elaborare.

p. 396 B: συμβάλλει οὖν δρῶσις διομέζεσθαι οὗτος ὁ θεὸς εἶναι, διὸν ζῆν ἀεὶ πᾶσι τοῖς ζῶσιν ὑπάρχει. διέληπται δὲ δίχα, ὥσπερ λέγω, ἐν ὃν τὸ ἔνομα, τῷ Δίῳ καὶ τῷ Ζεύσι. Perridicula h. l. datur vocis Ζεύς originatio; quem deum quum alii Δία vocent, Ζῆνα alii, si in unum conflatur utrumque nomen, verum habebis dei nomen, quippe διὸν ζῆν ὑπάρχει omnibus animantibus. quocirca mihi certo videatur compositum hoc nomen Διαζῆν addi oportere post verba οὗτος ὁ θεὸς εἶναι: »Consequitur ut recte » nominaretur hic deus Διαζῆν, διὸν ζῆν πᾶσι » ὑπάρχει. Sed hoc nomen, ita pergit Socr., quum » unum esset, bifarium divisum est in Δία et » Ζῆνα.» Facillime vero illud Διαζῆν et propter nominis novitatem et propter sequens διὸν ζῆν ex-

cidere potuit. Qui vero tale monstrum vocabuli, quale est Διαζῆν, miretur, ob eamque causam conjecturam improbabilem censeat, is, quaeo, reputet talia in hoc dialogo permulta esse a Platone exco-  
gitata ad ridendam grammaticorum in vocabulorum etymis cudendis mira audacia utentium temerita-  
tem et stultitiam.

p. 398 D: ή ἔτι σοφοὶ ἡσαν καὶ φήτορες δεινοὶ καὶ διαλεκτικοί, ἐρωτᾶν οἷανοὶ ὄντες· τὸ γὰρ εἴρειν λέγειν ἔστιν. In his verbis, quibus profertur etymon vocis ἥρως, Stephanus putabat post ἐρωτᾶν inseri oportere καὶ ἀπορησθαι, Stallbaumius post οἷανοὶ ὄντες excidisse suspicatur καὶ λέγειν. neutrum horum necessarium videtur; nam quod Stallb. opinatur post ἐρωτᾶν οἷανοὶ ὄντες non recte inferri τὸ γὰρ εἴρειν λέγειν ἔστιν, postremum hoc additum est quod utrumque verbum, et φήτωρ et ἐρωτᾶς, derivatur a ν. εἴρειν; ab eodem descendere vocem ἥρως dicit Socr. Ergo εἴρειν communis horum verborum origo, unde etiam communis corum significatio; ἥρως hinc dicitur φήτωρ et ἐρωτᾶς οἷανός. Quod vero h. l. διαλεκτικοὶ definiantur οἱ ἐρωτᾶν οἷανοὶ ὄντες neque addatur καὶ ἀπορησθαι (quod Steph. voluit), ut alias fere solet Plato addere, causa est in promtu, quod nimirum a solo ἐρωτᾶν vocis originatio duci potest.

In proximis verbis (E): πόθεν, ὡγκός, ἔχω; vi-  
de an pro ἔχω magis placeat ἔγώ; quod admirationem hominis melius videtur declarare. Simili-  
ter p. 409 D: ἔχοις ἀν εἰπεῖν πῦρ κατὰ τίνα

τρόπον καλεῖται; ἘΡΜ. Μὰ Δὶ' οὐκ ἔγωγε. Cf. p. 423 B.

p. 410 D: Ἐνικυτὸς δὲ καὶ ἔτος κινδυνεύει ἐν τι  
εἶναι. τὸ γὰρ τὰ Φυσμένα καὶ τὰ γιγνόμενα ἐν μέρει  
ἐπικτον προσόγον εἰς Φᾶς καὶ αὐτὸς ἐν ἔκυτῷ ἐξέταξον,  
τοῦτο, ὥσπερ ἐν τοῖς πρόσθεν τὸ τοῦ Δίος ὄνομα δίχα  
διηρημένον οἱ μὲν Ζῆνα, οἱ δὲ Δίκαιοι λέγουν, σύτῳ καὶ  
ἐνταῦθα οἱ μὲν ἐνικυτόν, ὅτι ἐν ἔκυτῷ, οἱ δὲ ἔτος,  
ὅτι ἐτάζει, [ἢ δὲ ὅλος λόγος ἐστὶ τὸ ἐν ἔκυτῷ ἐτάζει  
τοῦτο προσαγορεύεται ἐν τῷ δίχα] μόστε δύο διφλατα γε-  
γονέναι, ἐνικυτόν τε καὶ ἔτος, εἴς ἐνδε λόγου. Ver-  
ba illa, quae uncinis inclusimus ita moleste inter-  
posita ac superflua sunt, ita sententiarum nexum  
turbant et constructionis perspicuitatem tollunt, ut  
merito ea pro suppositiciis habere videamur, qui-  
bus electis omnia crunt plana. nam ad illa οἱ  
μέν ..... οἱ δὲ, ὅτι ἐτάζει supplendum καλοῦσι;  
ἐνταῦθα autem redundantia quadam refertur ad τοῦ-  
το. Videtur aliquis ea verba in margine notasse ad  
explicandum illud εἴς ἐνδε λόγου, quem simul me-  
mor esset v. λόγος eo loco, quem Plato ipse citat  
(ἐν τοῖς πρόσθεν p. 596 A) eadem, qua hic, po-  
testate usurpari. — Sed in nostro dialogo plurima  
scribarum additamenta, nostris Codicibus multo ve-  
tustiora, reperiuntur, veluti hac ipsa pagina (B)  
verba: ὅτεν δὴ βούλεται ..... ἀντρο, et p. 408 A:  
τὸ δὲ λέγειν δὴ ἐστιν εἰρειν, a recentioribus Edd. iure  
electa sunt.

p. 412 A: σύνεσις δ' αὖ σύτῳ μὲν δοξεῖεν ἀν ὥσπερ

συλλογισμὸς εἶναι ὅταν δὲ συνιέναι λέγῃ, ταῦτα παυτάπασι τῷ ἐπίστασθαι συμβαίνει λεγόμενον. Verbum λέγη sollicitari non debet neque in λέγης aut λέγηται mutari. subiectum est τοῦτο τὸ ὄνομα. » Si vero  
» habeat potestatem verbi συνιέναι cet.” Similiter p. 416 B: τὸ μὲν τοινυν αἰσχρὸν καὶ δὴ πατάδηλὸν μοι Φύγεται ὁ νοεῖ. p. 417 B: μέρδος δὲ ..... δηλοῖ ὁ βούλεται. Cf. Theact. p. 456 C. Ibid. p. 479 D: σκεπτέον ..... τὴν Φερομένην ταῦτην οὐσίαν, εἴτε ὑγίες εἴτε σαφρὸν Φθέγγεται.

p. 414 D: εἰ δὲ αὖ τις ἔσται καὶ ἐντιθέναι καὶ ἐξαιρεῖν ἀττ’ ἀν βούληται τις εἰς τὰ ἐνδρατα, πολλὴ εὐπορία ἔσται καὶ πᾶν ἀν παντὶ τις ἔνομα πράγματι προσαρμόσειν. Haec verba, quae vulgo Socrati tribuuntur, unice apta videntur personae Hermogenis; quae si Socrates diceret, ipse sibi viam obstruere videretur, quippe qui literis ridiculum in modum addendis et demandis, ad Iudendos etymorum inventores istos et Heracliteos philosophos, rebus nomina aptare conabatur (*πᾶν παντὶ ἔνομα πράγματι προσαρμόζειν*); contra quum dantur Hermogeni, hinc lucem accipient verba illa, quae statim post leguntur: ἀλλὰ τὸ μέτριον, inquit Socr., δεῖ Φυλάττειν καὶ τὸ εἰκὸς σὲ τὸν σοφὸν ἐπιστάτην, et paulo post p. 415 A idem Socrates: ἀλλὰ μὴ οἰων, inquit, ἡ δαιμονίς, ἀκριβολογοῦ μὴ μὲν ἀπογινώσκει μένεος, et p. 415 D: καὶ ἵσως με αὖ Φήσεις πλάττειν. — His igitur Hermogeni concessis, porro aut verba ἀληθῆ λέγεις delenda, quippe e mala

personarum distinctione orta , aut locus sic consti-  
tuendus : Σωκ. Ἀλλα λέγεις . — Ἐρρ. Ἀλλα μέν-  
τοι . — Σωκ. Αλλὰ τὸ μέτριον cet.

p. 420 B: Ἀλλὰ τί ἔτι οὐ λέγεις δὲ τι σκοπῶμεν.  
Miror omnino Heindorfium hunc locum adeo of-  
fendisse , ut scribendum censeret : Ἀλλὰ τι ἔτι σὺ  
λέγεις vel τι ἔτι αὖ λέγεις cet ; Baiterum vero pro-  
ponere : τι ἔτι πων cet. Locus bene se habet. ἔτι  
hyperbaton facit , ut positum sit pro : Ἀλλὰ τι οὐ  
λέγεις δὲ τι ἔτι σκοπῶμεν. Similiter Gorg. p. 500 A:  
Ἀναμησθῶμεν δὴ ὅν αὖ ἐγώ cet. , ubi grammatica  
norma exigebat δὴ αὖ ὅν , quod tamen auribus pa-  
rum gratum foret. Ipse Heind. hyperbaton , quod  
praesertim in particulis saepius obtinet , exemplis  
allatis illustravit ad Phaed. p. 88 A: εἰ γάρ τις  
καὶ πλέου ἔτι τῷ λέγοντι ἡ ἢ σὺ λέγεις ξυγχωρήσει  
cet. , ubi primum bene animadvertisit , quamquam to-  
ta Cebetis oratio ad Socratem convertitur , tamen  
h. l. verba illa ad Simmiam conversum Cebetem  
dicere (cf. quae ad Gorg. p. 449 B disputavi-  
mus) ; deinde docuit verba illa πλέου ἔτι per hy-  
perbaton cum τῷ λέγοντι copulanda esse. Eodem  
modo explicari debet Theaet. p. 192 A: καὶ (ἀδύ-  
νατον) δὲ αἰσθάνεται γε , ἔτερόν τι ὁν αἰσθάνεται ,  
οἷον γαπεῖ καὶ δὲ αἰσθάνεται , ὁν τι μὴ αἰσθάνε-  
ται , nam ὁν τι μὴ δὲ positum est pro τι ὁν μὴ  
cet. —

p. 421 C: εἰ δέ τις ἔροιτο τοῦτο τὸ ἵδν καὶ τὸ φέον  
cet. Quod Cod. Paris. G post ἔροιτο additum habet

αὐτοῦ, hoc suspicionem movet excidisse αὐτό et scribendum esse αὐτὸ τοῦτο τὸ ίδν cet, quod sane requiri videtur: » Si quis rogaret illud ipsum ίδν et » φέον cet., ad quae tu omnia referre soles.” Cf. p. 422 B. C.

*Theaetetus p. 153 C:* τὸ μὲν ἄρα ἀγαθὸν κίνησις κατὰ τε Φυχὴν καὶ κατὰ σῶμα, τὸ δὲ τούνακτον; Videri possit post τὸ δὲ excidisse ἔτερον. — τὸ δὲ ἔτερον i. e. τὸ μὴ ἀγαθὸν s. τὸ κακόν — τούνακτον nempe τῆς κινήσεως, i. e. ἡτυχία. Ceterum τὸ ἔτερον, τὰ ἔτερα apud antiquos praesertim philosophos per euphemismum quandam saepe significant τὸ κακόν, τὰ κακά; qua de re vide disputantem Wytenb. in annot. ad Phaed. p. 521; locis ibi allatis addatur II Reip. p. 579 D: καὶ ὃ μὲν ἐν μιξεῖ  
δὲ Ζεὺς δῷ ἀμφοτέρων (i. e. τῶν ἑσθλῶν καὶ τῶν δειλῶν, bonorum et malorum),

ἄλλοτε μέν τε κακῷ δὲ γε κύρεται, ἄλλοτε δὲ στέλλῳ  
ῳ δὲ ἐν μή, ἄλλ’ ἄκρατα τὰ ἔτερα (i. e. τὰ κακά), τὸν δὲ  
κακὴν βούβρωστις ἐπὶ χθόνα διαν ἐλαύνει.

(Hom. II. XXIV 530. 52).

*p. 157 C:* ὃ δὴ ἀθροίσματι ἀνθρωπὸν τε τίθεται καὶ λίθον καὶ ἔπιστον ζῶν τε καὶ εἶδος. Postrema haec verba καὶ ἔπιστον ζῶον τε καὶ εἶδος coniecturis tentarunt Schleierm., Astius, Stallb.; videtur tamen locus integer esse. nam verba significant: καὶ ἔπιστον ζῶον καὶ ἔπιστον εἶδος i. e. καὶ ἄλλο ὅτιον εἶδος, » et singulas animantes et singula rerum ge-

» nera , nempe inanimata.” Ζῶον , εἶδος , respondent ergo praegressis ἀνθρώπου , λίθοι.

p. 161 A : ὅτι με σἰει λόγων τινὰ εἴναι θύλακον καὶ φαδίως ἔξελόντα ἐρεῖν cet. Stallb. pro ὅτι με σἰει quantocius reponendum iubet ὅτι μοι σἰει ; nam » quasi vero , inquit , sacculus ipse dici possit ex » sacculo expromere posse , quae opus videantur.” At videtur tamen με stare posse , siquidem in tali comparatione similitudo ex parte tantum spectanda est , non ad amussim exigenda. Iocosa haec est comparatio , cum qua conferri potest , quod in Gorg. p. 325 B legimus , ubi animus cupiditatum plenus et ἀκόλαυτος cum πίθῳ τετρημένῳ festi- ve comparatur.

p. 162 D : δημηγορεῖτε .... Σέους τε εἰς τὸ μέ-  
σον ἄγοντες , οὐδὲ ἐγὼ ἐκ τε τοῦ λέγειν καὶ γράφειν  
περὶ αὐτῶν , ὡς εἰσὶν οὐδὲ οὐκ εἰσὶν , ἔξαιρω. Stallb.  
sibi videtur foedum hic glossema reperisse in verbis  
περὶ αὐτῶν .... εἰσὶν , putans sciolum aliquem im-  
portune haec allevisse , quum reminisceretur no-  
tissimi illius Protagorae placiti , cuius Cicero quo-  
que meminit de Nat. Deor. 1. 12 , alii. Nobis  
vero videntur haec verba nexus sententiarum non  
turbare et recte addita esse. Nam haec facit  
Socrates dicentem Protagoram : » Vos , o boni ,  
» (quum mihi obiicitis , si homo sit παντῶν χρημά-  
» των μέτρον , mortales sapientia pares fore Diis) ,  
» talia meae sententiae opponitis argumenta , quae  
» ad causam meam convellendam nihil valent. Ego

» enim hoc tanquam principium doctrinae pono:  
 » De Divis, neque ut sint neque ut non sint, ha-  
 » beo dicere (Cic. l. l.). Itaque, si incertum est  
 » num Dii sint, obiectio vestra nihili est.” —  
 Haec si ita explicantur, nulla, opinor, de loci  
 integritate dubitatio erit. Videntur autem haec ver-  
 ba ex ipso Protagorae libri initio (quod resert Diog.  
 Laert. IX 51: περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι εἴδεις ὡς  
 εἰστιν εἴδεις ὡς οὐκ εἰστιν) deprompta, invidiose hic  
 addita esse, quo magis ille suo ipsius testimonio  
 convelleretur.

p. 166 E: τὸν δὲ λόγον αὐτὸν τῷ βίκυρτι μου δι-  
 ώντε, ἀλλὰ cet. Illud μού importune illatum vide-  
 tur mutandum in μοι, qui dativus in familiari ser-  
 monis usu frequentari solet.

p. 175 C: ἢ ἐπ τοῦ Εἰ βασιλεὺς εὐδαιμόνων κεκτη-  
 μένος ταῦτα πολὺ χρυσοῖς. Quum omnes fere Codd.  
 εἰ tueantur (duo tantum omittunt), videntur illud  
 iniuria recentiores Ipp. delevisse, siquidem prorsus  
 non caret commoda explicatione. nam locus  
 sic intelligendus: » Si quis, relictis vulgaribus istis  
 » controversiis, scilicet an rex beatus sit (intel-  
 » lecto ἐστι), item an ille qui multum auri possi-  
 » det, de ipsa βασιλείᾳ et εὐδαιμονίᾳ quaerere in-  
 » stituat etc.; vel, ad εὐδαιμόνων intellecto εἰ, hoc  
 modo: » Si rex eris, eris beatus et porro possi-  
 » debis multum auri.” Utraque ratio habet quo se  
 commendet. Duplex autem est subiectum: βασιλεὺς  
 et κεκτημένος χρυσοῖς, cui mox respondet duplex

quaestio βασιλείας πέρι καὶ ἀνθρωπίνης ὅλως εὐδαιμονίας. —

p. 182 A: καὶ τὸ μὲν πάσχου αἰσθητὸν ἀλλ' οὐκ αἴτησιν ἔτι γίγνεσθαι. Illud ἔτι molestiam facit et videtur corruptum; nempe scribendum puto: καὶ τὸ μὲν πάσχου αἰσθητόν τι ἀλλ' οὐκ αἴτησιν γίγνεσθαι, ut in seqq. τὸ δὲ ποιοῦν ποῖον τι ἀλλ' οὐ ποιότητα;

p. 188 A: οὐκοῦν ἥδη ἀνάγκη τὸν δοξάζοντα δοξάζειν ή ἂν τι οἶδεν ή μὴ οἶδεν. Puto hunc locum levius mutatione opus habere, quo ad intelligendum facilior fiet; legatur nimirum: δοξάζειν τι ἂν η οἶδεν ή μὴ οἶδεν.

p. 190 C: "Αλλον δέ τινα σίει ὑγιαίνοντα η μακρόμενον τολμῆσαι σπουδῇ πρὸς ἐσυτὸν εἰπεῖν, ἀναπειθούντα αὐτὸν, ὡς ἀνάγκη τὸν βοῦν ἵππον εἶναι η τὰ δύο ἔν; Quidni ὁ μακρόμενος absurdā dicat, qui vel putet aliquid se videre, ubi nihil est? Sane in furentes cadit talia opinari. quocirca glossema esse mihi videntur verba η μακρόμενον, quae aliquis adscripsérat ad priora illa: ἄλλον δέ τινα σίει. Illud autem η, item ητοι, δή, aliasque huiusmodi voculas saepe librariorum additamenta indicare notum est.

Ibid. ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ τὸ λέγειν πρὸς ἐσυτὸν δοξάζειν ἔστιν, οὐδεὶς ἀμφότερό γε λέγων καὶ δοξάζαν καὶ ἐφηπτόμενος ἀμφοῖν τῇ ψυχῇ εἴποι ἀν καὶ δοξάσειν, ὡς τὸ ἔτερον ἔτερον ἔστιν. ἐκτέσυ δὲ καὶ σοὶ τὸ ῥῆμα περὶ τοῦ ἔτέρου. λέγω γὰρ αὐτὸ τῇδε, μηδένα δοξάζειν, ὡς τὸ αἰσχρὸν καλὸν η ἄλλο τι τῶν τοιούτων. Mira est h. l. Codd.

discrepantia; nam in optimis quibusdam libris pro verbis ἐστέου δὲ κ. σ. τ. ὁ περὶ τοῦ ἐτέρου leguntur haec: ἐστέου δὲ καὶ σοὶ τὸ ῥῆμα ἐπὶ τῶν ἐν μέρει, ἐπειδὴ τὸ ῥῆμα ἔτερον τῷ ἐτέρῳ κατὰ ῥῆμα ταῦτα ἔστι περὶ τοῦ ἐτέρου. Sed hic locus, quum intricior sit, fusius aliquanto exponendus. Agitur de falsa opinione qua alterum pro altero cogitatione informamus; Socrates autem captiosis argumentationibus, quales adhibere solebant Sophistae aliique huiusmodi philosophi, efficere studet nullam esse falsam opinionem. Theaetetus igitur p. 189 B statuerat falsam opinionem oriri per ἀλλοδοξίαν, quando alterum pro altero cogitamus; quem Socrates ita redarguit, ut primum ostendat triplice ratione videri alterum pro altero cogitari, deinceps earum singulas confutet: ὅταν οὖν, inquit, τοῦτ' οὐ διάνοια του δρᾶ (sc. alterum pro altero sumat), οὐ καὶ ἀνόγκη αὐτὴν ἦτοι ἀμφότερα οὐ τὸ ἔτερον διαγεῖσθαι; (p. 189 E) » quando mens alterum pro altero « habet, nonne necesse eam aut utrumque aut alterum cogitare?» addit: οὐτοι ἄμα οὐ ἐν μέρει; » aut una aut alternis, h. c. unum post alterum?» Postremum hoc tantum referri potest ad τὸ ἀμφότερον διαγεῖσθαι, ad τὸ ἔτερον διαγεῖσθαι non pertinet. Triplex igitur ratio haec est, qua mens alterum pro altero habet, aut utriusque notionem simul informans, aut alternis sive unum post alterum, aut denique alterutrum solum cogitans. Iam triplex haec ratio nostro loco redarguitur: quo circa

putamus primum ante ἀμφότερα excidisse ἄμφι, quod  
quam facile fieri potuerit patet; deinde pro ἐκτένει  
δὲ οὐσὶ σοι scribendum esse ἐντέον δέ σοι οὐσί; deni-  
que e varietate lectionis reliquum locum sic con-  
stituendum esse: ἐντέον δέ σοι οὐσὶ τὸ φῆμα περὶ τοῦ  
ἐτέρου ἐπὶ τῶν ἐν μέρει, ἐπειδὴ ἔτερου τῷ ἐτέρῳ οὐτὰ  
φῆμα ταῦτά ἔστι. » mittenda vero tibi etiam sen-  
» tentia de altero pro altero alternis sumendo,  
» quandoquidem alterum ab altero, quatenus alte-  
» rum dicitur, nihil differt: i. e. nihil refert, utrum  
» utrumque una an alternis mente informes; eo-  
» dem res redit. nam cet.” Totus ergo locus sic  
scribatur: Οὐκοῦν εἰ τὸ λέγειν πρὸς ἐαυτὸν δοξάζειν  
ἔστιν, οὐδεὶς ἄμφι ἀμφότερά γε λέγων οὐσὶ δοξάζων οὐσὶ<sup>1</sup>  
ἐφαπτόμενος ἀμφοῖν τῇ ψυχῇ εἴποι ἀν οὐσὶ δοξάσειν,  
ώς τὸ ἔτερον ἔτερόν ἔστιν. ἐντέον δέ σοι οὐσὶ τὸ φῆμα  
περὶ τοῦ ἐτέρου ἐπὶ τῶν ἐν μέρει, ἐπειδὴ ἔτερου τῷ  
ἐτέρῳ οὐτὰ φῆμα ταῦτά ἔστιν. λέγω γὰρ cet. Itaque  
priores illae rationes, quibus alterum pro alte-  
ro haberi possit, confutatae sunt; tertia paulo  
post (D) verbis Ἀλλὰ μὴν cet. falsa esse demon-  
stratur.

p. 193 E: Τοῦτο μὴν ἔλεγον, ὅτι γιγνώσκων τὸν  
ἔτερον οὐσίανδιμενος . . . . οὐδέποτε οἶηται cet.  
In hoc loco vitium inesse vidit iam Heindorfius,  
quod οἶηται subiecto caret, vel pro οἶηται im-  
ferri debuisse οἶησομαι. Locus variis modis restituui  
potest. vel enim ante γιγνώσκων excidit ὁ, ut Heind.  
suspicatus est; vel ὅτι in ὁ mutandum, quod ma-

gis placet; vel denique post οὐδέποτε excidit οὐδεῖς,  
quod facile fieri potuit.

p. 499 B: μὴ γὰρ ἔχειν cet. In hoc loco, qui, sicut nunc legitur, procul dubio corruptus est, restituendo maximopere laborarunt Itpp., quorum opiniones enumerare supersedemus. Sufficiat simpliciter indicare, quid nobis videatur. Ergo locum sic scribamus: μὴ γὰρ ἔχειν τὴν ἐπιστήμην τούτου οἴσυ τε, ἀλλ᾽ ἐτέρων ἀντ' ἐκεινῆς (sc. ἔχειν οἴσυ τε), ὅταν Θηρεύων τινὰ ἐπιστήμην αὐτῶν ἀπ' αὐτοῦ διαπεπομένων ἀνθ' ἐτέρων ἐτέρων ἀμαρτῶν λαβῇ, ὅτε ἄρα τὰ ἔνδεια δώδεκα φῆμη εἶναι, τὴν τῶν ἔνδεια ἐπιστήμην ἀντὶ τῆς τῶν δώδεκα λαβάν, τὴν ἐν ἐκυτῷ οίου Φάττων ἀντὶ περιστέρας. Transpositis verbis ἀπ' αὐτοῦ et ἐπιστήμην, inseruimus αὐτῶν ante ἀπ' αὐτοῦ, quod literarum similitudine exciderit; αὐτῶν διαπεπομένων est gen. absol.; ὅτε ἄρα .... φῆμη est idem atque καὶ τότε ἄρα, neque haec verba cum Stallb. in glossematis suspicionem vocanda sunt. Possis etiam coniūcere: ὅταν Θηρεύων τινὰ περὶ του ἐπιστήμην διαπεπομένων cet., ut διαπεπομένων scil: αὐτῶν sit gen. absol. qui saepius ita nude ponitur.

## THESES.

---

### I.

Plato in informanda perfecta πολιτείᾳ praesertim Spartanae reip. indolem attendisse videtur.

### II.

Idem in democratica reip. forma adumbranda (l. VIII Reip.) Atheniensium potissimum civitatem ob oculos habuisse videtur.

### III.

In Platonis Timaeo p. 62 C — 63 E vestigia quaedam inesse hodiernae doctrinae de vi centripeta et centrifuga Stallbaumio assentimur.

### IV.

Recte Cicero (de Orat. I. 52): » Plato, quum haec (scil. quae iustitiam spectant) exprimenda verbis arbitraretur, novam quandam finxit in libris civitatem: usque eo illa, quae dicenda de iustitia putabat, a vitae consuetudine et a civitatis moribus abhorrebant.”

### V.

Vera est Platonis de Homero sententia (de Rep.

I. X. p. 595 C): ἔοικε μὲν γὰρ τῶν οὐκαντῶν  
τούτων τὸν προχειρὸν πρώτος διδάσκαλός τε καὶ ἡγεμὼν  
γενέσθαι.

## VI.

Recte idem initium philosophiae repetit ex admiratione, Theaet. p. 155 D: μάλις γὰρ φιλοσόφου τοῦτο τὸ πάθος, τὸ Σαυμαῖον, οὐ γὰρ ἄλλη ἀρχὴ φιλοσοφίας οὐδὲν.

## VII.

Argumenta, quae in Phaedone Socrates pro immortalitate animorum afferit, haud parum momenti inde acquirunt, quod in ipso perfectam quandam sapientis iamiam mortem obituri imaginem cernere videmur.

## VIII.

Non omni ex parte vere de eloquentia praedicasse nobis videtur Crassus I. I. de Orat. c. 8: » Haec una res in omni libero populo maximeque in pacatis tranquillisque civitatibus praecipue semper floruit semperque dominata est.”

## IX.

Lycurgus non videtur scriptas leges reliuisse.

## X.

Η φιλοσοφική inter praecipuas causas habenda est, quae perdiderunt Spartanam rempublicam.

## XI.

Niebühr, Bekkero aliisque assentior, comitiorum Curiatorum olim solos Patricios fuisse participes.

## XII.

Pellegrini opinio de diversa Patriciorum atque Plebeiorum religione satis firmis argumentis probari posse non videtur.

## XIII.

Orientalium philosophia arctissime coniuncta fuit cum religione.

## XIV.

Recte Heerenus (Handb. der Geschiedenis der oude Staten p. 581 vers. Belg.): » De geschiedenis toont, dat twee republieken niet naast elkander kunnen bestaan, zonder dat de eene de andere ten onderbrengt of vernietigt. »

## XV.

In puerorum institutione moderanda nostris praesertim temporibus commendandum est illud: ne multa, sed multum.

## XVI.

Praeclare mathematicae disciplinae in institutione vis declaratur his Platonis verbis (I. VII. Reip. p. 527 B): 'Ολκὸν ἔρα ψυχῆς πρὸς ἀληθείαν εἴη ἡνὶ καὶ ἀπεργυστικὸν Φιλοσόφου διανοίας πρὸς τὸ ἄναι σχέσιν ἡ νῦν κάτω οὐ δέον ἔχομεν.'